¶ Dubitatur vtrum lumen sit in corpore dyaphano vt in subiecto. ¶ Pro dubio sciendũ ꝙ aliqui dixerũt ꝙ lux vel lumen est q̃daȝ natura spũalis ꝓpter hoc ꝙ in rebꝫ intellectualibꝫ vtimur noĩe luminis . vt dicimus sub̃as separatas habere lumen intellectuale . Alia fuit opinio ꝙ lumen est forma substantialis solis.eo ꝙ sol ꝭm se est lucidus. Sed iste opiniones improbantur .quia nulla forma substantialis.siue sit corporea siue incorporea est ꝑ se sensibilis.lumen autem est ꝑ se sensibile. Alia est opinio Alberti.ꝙ lumen est subiectiue in corꝑe lucido ⁊ intentionaliter tm̃ in medio illuminato. Sed hec improbat̃ ꝭm sanctũ Thomã. q: ens intentionale nõ facit naturalẽ transmutationem.sed radij corpoꝝ celestiuȝ transmutant corpora inferiora. Est em̃ lumẽ qualitas actiua corꝑis celestis ꝑ quã agit in ista inferiora.ergo lumen habet esse reale ⁊ nõ intentõale in medio illuminato.et sic est ibi subiectiue. Et ꝑ hoc pȝ solutio dubij

Ad rationes ante oppositum Ad primã dicit̃ q̃ color nõ
videt̃ sine lumine reqsito ex parte medij. sed videt̃ sine lumĩe exteriori req̃
sito ex pte sui. Ad secũdã dr̃ q̃ corpora lucentia hñt formale coloris qd̃
est lumen. vnde color z lumen cõueniũt in vna rõne formali visibilis. z te
nebre solũ vident̃ p carentiã luminis sicut priuatio percipit̃ per cognitio
nem sui habitus.

Unc autem primũ de sono z olfactu determinem⁹
Est aũt duplex son⁹ hic quidẽ actu/ eñ quidã. alius
aũt potentia. alia eñ nõ dicimus habere sonũ vt spõgiam la
nam pilos. Quedã aũt habent. vt es z quecunq; plana z le/
nia sunt. quoniam possunt sonare. Hoc autẽ est ipsius medij
et auditus facere sonum actu Fit aũt qui ẽm actũ sonus sem
per alicuius ad aliquid et in aliquo percussio eñ est faciens.
Unde impossibile est cum sit vnũ fieri sonum. alterũ enim
est verberans z quod verberatur. quare sonãs ad aliquid so
nat. Tangit eñ aliquid. cum aũt ictu tangitur sonat. Ictus
aũt non fit sine motu. Sicut iam diximus non oĩm contin/
gentium ictus sonus est. Nullum eñ faciunt sonũ pili. z si p
cutiantur sed es z quecunq; lenia z concaua sunt. Et quidẽ
quoniã lene est. Concaua aũt ex repercussione faciunt mltos
ictus post primũ in potenti exire qd̃ motum est. Amplius aũ
tem auditus in aere z in aqua sed minus in aqua Non ẽ aũt
soni pprius aer neq; aqua Sed oportet firmorũ repercussio
nem fieri adinuicem z ad aera. Hoc aũt fit cum permaneat
percussus aer. et non soluatur. vnde si velociter z fortiter per
cutiatur sonat. Oportet enim preoccupare motũ ferẽtis fra
cturam aeris sicut si congregatiõnem aut cumulum lapillorũ
percutiat aliquis latum velociter. Echon autem fit quando
ab aere vno facto propter vas determinãs et prohibens dif
fundi iterum aer repellitur sicut spera. Videtur autẽ semper

fieri echon sed nõ certus. quia áccidit in sono sicut ⁊ in lumi ne. Et eñ lumen sꝑ repercutit. neqꝫ eñ fieret penitus lumē sed tenebra extra solem. Sed non sic repercutit sicut ab aq̄ aut aere aut et ab aliquo alio leniũ. quare tenebram facit qua lumen determinamus.

Queritur vtrũ sonus fiat in aere tanq̄ꝫ in ꝓprio medio Ar/ guitur ꝙ nõ q2 aeris ad sonũ nulla est resistentia. g̃ si fieret in aere vt in ꝓprio medio diffunderetur in instanti ꝑ illud mediũ. ꝯñs est falsuꝫ. q2 successiue dif funditur ꝑ aerē. Scd̃o subiectũ soni non est mediũ eius sed sonus est sub iectiue in aere. g̃ nõ est in ip̃o vt in ꝓprio medio. Maior patꝫ. q2 sonus ē in suo ꝓprio subiecto realiter ⁊ in suo medio intentionaliter sed non p̄t in eodē esse realiter ⁊ intentionaliter. Tercio sonus auditur in aere ⁊ aqua. vt dr̄ ĩ textu. g̃ neqꝫ aer neqꝫ aqua est ꝓpriũ medium eius.

In oppositũ est phũs in littera Pro rñsione notandũ pri mo ꝙ postq̄ꝫ ph̄s determinauit de lumine ⁊ colore eo ꝙ est obiectũ visus Hic ꝯñter determĩat de sono qui est obiectũ audit⁹. Et p̄mo determinat de generatõe ip̄ius soni ⁊ 2° de imutatõe ip̄ius audit⁹ ꝑ ip̄m sonũ Se cũdo de quadā specie soni scꝫ de voce de q̄ posteri⁹ videbitur. Et adhuc pri/ mo videbitur de generatõne soni ⁊ postea de imutatõne auditus a sono.

Secũdo notandũ ꝙ corporũ habentiũ habitudinem ad sonũ quedā sunt bene sonantia ĩ actu. alia bñ sonãtia in potẽtia vt dicim⁹ campanā bñ sonare qñ actualiter facit sonũ ⁊ etiā qñ nõ sonat in actu sed habet potentiā ad sonandũ. Alia sunt que nõ sunt bene sonãtia nec in actu nec in potentia vt lana ⁊ cetera corꝑa mollia. Cui⁹ rõ ē. q2 corꝑa mollia ce dunt ꝑcutienti. Ideo ex ꝑcussione corꝝ nõ frangitur aer vt posset fieri sonus Si tñ illa mollia cõprimantur ⁊ duriciē accipiãt sic ꝙ ꝑcutiẽti resistãt tũc fi/ et sonus licet surdus. Ex quo patet ꝙ son⁹ qñꝫ hꝫ esse in actu qñqꝫ in po/ tẽtia. Dupliciter tñ aliq̇d hꝫ eē in actu. Uno mõ in esse permanenti ⁊ in fa cto esse ⁊ sic sensibilia aliorũ sensuũ ab auditu hñt esse cõpletũ in actu sicut odor vel sapor. Son⁹ ṽo hoc mõ nõ ē ĩ actu. Alio mõ aliq̇d ē in actu suc cessiuo ⁊ in fieri. ⁊ illo mõ son⁹ hꝫ esse in actu. Nõ eñ hꝫ eē ꝑmanēs ⁊ fixũ in suo subiecto vt alia sensibilia. sꝫ solũ q̄ꝫdiu fit generatio ei⁹ ⁊ est in fieri. iõ siĺ sũt generatio soni ⁊ imutatio audit⁹ ab ip̃o. Iõ siĺ Aresto. determĩat p̄ dicta duo de ip̃o sono qđ nõ facit de aliȷ̃s sensibus.

Sciendũ tercio ꝙ ad generatõnem soni tria requiruntur scꝫ corp⁹ ꝑcutiēs corp⁹ percussum. ⁊ mediũ in q̊ fit ꝑcussio. q2 son⁹ causatur ex vehemẽti ꝑcussione in q̄ fit fractio aeris. sꝫ in oĩ ꝑcussione req̇ritur ꝑcutiēs et ꝑcussum. ⁊ q2 ict⁹ ꝑcutiẽtis nõ fit sine motu locali. Nec motus localis sĩe medio. Iõ in illa ꝑcussione req̇ritur mediũ. ⁊ sic tria p̄dicta req̇rũtur in ge neratõne soni. Iõ dr̄ in textu ꝙ son⁹ sꝑ ē alicui⁹ ad aliud ⁊ in aliq̊ alicui⁹ scꝫ ꝑcutiẽtis ad aliud scꝫ ꝑcussuꝫ. ⁊ in aliq̊ scꝫ in medio. ⁊ sic patꝫ q̄ req̇rũtur ad generatõem soni. Sꝫ ad vidēdũ q̄lia dñt esse corꝑa ex q̇bꝫ gñatur son⁹.

De anima

Quarto sciendum q ad hoc q corpora ex sua percussio/ne pnt bn sonare requirutur qttuor oditoes. Prima e q sint dura ad hoc q aer vehemetius extrudat q qde extrusio seu violenta fractio e ca generato nis soni. Scda e q sint lenia vt aer sit vn9 z vniformis in sua fractoe. Tercia e q sint ocaua si magnu sonu facere debeat. qz aer in talib3 claudit z aer pmo pcussus no pt pmo exire. io pmo pcutit pma pte corpis z sic pcutit a lius aere z fiut multi ictus z multiplicat sonus. Ideo etia illa corpa q hnt in sua copone aere no bn dispositu no bn sonant sicut plubu z alia terrestria et aqsa z in hoc iplicite cotinet vna alia oditio q talia corpa debent esse la te figure vt magna qtitas aeris inter ipa coprehendat vt fiat violetra fra ctio aeris. Quarta est q corpa illa dura velociter moueant ipcussione qa si motu tardo z lente se pcuteret no facerent sonu. qz aer an pcussione dissol/ueret z sic no frangeret z ergo nec possit causari sonus.

Tunc sit hec coclusio ppriu mediu soni est aer z minus ppriu est aqua pbat. Illud est ppriu mediu deferens sonu qd faciliter rarefit et condensat ad hoc q p motu circulare diffundat z qd de se denudatu e a sonis sed hoc reperit pprie in aqua. g aer est ppriu mediu soni z aqua im propriu. Ideo antiqui credentes locu vbi est aer esse vacuu dixerut vacuu esse ppriu mediu auditus z qvis male dixerut in hoc q aer nihil sit. tamen bene dixerunt q sonus fit per aerem.

Dubitat primo quare hic phus determiat de generatoe soni z tamen prius non determinauit de ge generatone coloris. sed solum de imutatone sensus vel medij a colore. Rndetur q alie qualitates sensi/biles a sono vt color. odor. sapor z qlitates tangibiles habent esse fixum et permanens in suo subiecto. Ideo est alia cosideratio de ipis fm se z fm q imutat sensum. io est alterius cosideratonis generatio ipo z alterius im mutatio. Hic aut psiderat de imutatoe sensuu ab obiectis. z in libro de sen su z sensato determiat de gnatone saporis coloris z odoris. z in de genera tone determiat de qlitatib3 tangibilib3 z qtu ad aliqd in libro metheoro/ru. s3 son9 no h3 ee fixu i suo subiecto s3 in qda imutatoe psistit eo q catur a motu z sic sil sut gnatio soni z imutatio audit9 p ipm. Io sil de ipo de/termiat qtu ad sua gnatoem z fm q imutat sensum.

Dubitat quo gnat son9 echon Pro dubio sciedum q so nans se h3 ad ipm sonu sicut centru sic q circa ipm orbiculariter diffudit sonus vt qn lapis cadit in aqua puctus s3 pcussionis e sicut centru z circu lariter causant multe inundatones q si no inueniut obstaculu finaliter de ficiut. s3 si reperiut tuc reuerberant ad locu a quo pcesserut. Ita sil'r sonus diffundit z si no reperiat obstaculu tande deficit sed si reperiat tuc a corpe obiecto aer in quo est sonus iteru repercutitur versus locum corpis sonan/tis Et qz iste aer ide i numero q repcutit adhuc habet impressione soni pri mo generati. Ideo per hoc causatur sonus qui dicit echon. Ideo qnqz se/cundario audimus similem vocem voci prius formate dum tamen pro/pe fiat reflectio soni. quia si nimis distanter fieret non amplius seruaret si/

milem impressionem. quia talis figuratio continue per motum diffundi-tur. Ubi aduertendum q̄ in omni sono fit ista repercussio soni q̄d probat phs a minori. Nā in lumie sp̄ fit reflectio a corpe opposito. q̄z nisi semper fieret nunq̄ videret᷑ aliq̄d nisi incideret lumen solis vel alterius luminosi directe supra ip̄m. q̄d est falsum. q̄z sic in vmbra ad quā radij solis directe nō pertingūt nihil viderem⁹. ḡ semp fit repcussio soni. sed nō semper percipit᷑. sed qn̄ fit in locis concauis vt in vase in puteo in valle iuxta muros in siluis bn̄ pcipit᷑ sonus echon. sed si non sic fiat est incertus nec bene pcipit᷑. ⁊ sic patet rn̄sio ad quesitū.

Ad rōnes ante oppositum Ad primam dicit᷑ q̄ aeris ad sonū nulla est resistentia cū nō habeat in se formā sono ꝯtrariā. sed q̄z son⁹ fit cum motu locali cui repugnat fieri in instanti. iō sonus nō potest fieri subito sed successiue. Ad secūdā dr̄ q̄ son⁹ ē subiectiue in aere ꝓpinquo respectu sonantis ⁊ intentōnaliter diffundit᷑ in aerē distantem. Ideo s̄m diuersas ptes eius inest realiter ⁊ intentōnaliter. Ad terciā patet solutio ex dictis.

Uacuum eñ recte dicit᷑ sp̄ciū audiendi. videt᷑ eñ esse vacuum aer. hoc aūt est faciens audire. cū moueatur cōtinuus et vn⁹. Sed propter id q̄ fragilis est non sonat. nisi lene sit q̄d percutitur tunc aūt vnus fit. Simul eñ propter planū vnū eñ est lene ⁊ planū. Sonatiuū quidem igitur q̄d motiuū est vnius aeris cōtinui vsq̄ ad auditū. Auditus aūt cōnaturalis est aeri. propter id aūt q̄ in aere est moto exteriori q̄d infra mouet᷑. propter q̄d quidem nō vbiq̄ audit aīal neq̄ vbiq̄ transit aer. Non eñ vbiq̄ habet aerē mouenda pars ⁊ animatū sicut pupilla humidū. Per se quidē igitur insonabilis aer. ꝑpter id q̄d facile cessabilis est. Cum vero ꝓhibeatur defluere hmōi motus sonus est. Hic aūt est in auribus edificatus. cum hoc q̄ īmobilis sit quatenus certe sentiat omnes differentias motus. Propter hec autē ⁊ in aqua audimus. qm̄ nō ingredit᷑ ad ip̄m cōnaturalem aerem. sed neq̄ ibi aūt ꝑpter reflectōnes ip̄ius. Cū aūt hoc accidat. nō audit᷑ neq̄ meringa. sicut nec in pupilla pellis laborat. Sed signū est audiendi. aūt nō sonare semp aūt sicut cornu. Semper enim

quodā ꝓprio motu aer mouet in auribꝰ. sed sonus extraneus et nō ꝓpriꝰ Et ꝓpter hoc debent audire vacuo ⁊ sonāt. quia audimus in habente determinatū aera. Utrū autem sonat verberans. aut qd verberat. aut vtrūqꝫ. modo aūt altero Est em̄ sonus motꝰ possibilis moueri hoc mō quo quidem saltantia a leuibꝰ cū aliquis traxerit. Non igit sicut dictū est omne sonat qd verberatur ⁊ verberās. vt si obijciatur acus acui. sed oportꝫ qd percutitur regulare eē. vt aer subito dissimilat ⁊ moueatur Differentie aūt sonatium in sono ſm actum ostendūtur. Sicut em̄ non videntur colores sine lumine, sic neqꝫ sine sono acutuꝫ ⁊ graue. hec autē dicūtur ſm metaphorā ab illis que tangūtur. Acutuꝫ em̄ mouet sensum in pauco tempore multū. Graue autē in multo paucū: Necꝫ tamen velox est acutū. graue autē tardū. sed fit hoc quideꝫ ꝓpter velocitatē huius motus. illud autē ꝓpter tarditatē. Et videnť similitudinē habere circa tactum cum acuto ⁊ hebeti. acutū em̄ quasi pūgit. hebes enim quasi pellit. propter id qd mouet hoc qdem in pauco. illud aūt in multo Quare accidit hoc quidem velox. illud autem tardū esse. De sono igitur sic determinatum sit

Queritur. Utrū sonus sit obiectū auditus. ¶ Arguit primo qꝫ non. qꝛ nullum sensibile ꝯmune est obiectum auditus, sed sonus est sensibile ꝯmune. ergo nō est obiectum auditus. quia est motus localis. et motus est sensibile ꝯmune vt ṗus dictum est Secūdo sic. illud est ꝓprium obiectum auditus a quo immutať organum auditus. sed a corpore sonante immutatur auditus. qꝛ corpus sonans immutat aerem sibi ꝓpinquū ⁊ ille aer immutat auditum. ergo corpus sonans est obiectum auditus et non sonus ¶ In oppositum est philosophus in littera

¶ Pro responsione sciendum est primo. qꝫ postqꝫ visuꝫ est de generatione soni et de his que requirūtur ad generationem eius. Consequenter dicendum est de immutatione auditus ab ipso sono. licet em̄ sit

mul tempore sicut generatio soni ⁊ diffusio eius per aerem ⁊ imutatio auditus, tamen prius sm naturam fit generatio soni ꝙ̄ diffusio eius per medium et immutatio auditus

Sciendū secūdo. ꝙ organuʒ auditus est de natura aeris sicut organum visus de natura aque. ⁊ ideo in organo auditus est q̇dam aer inclusus qui recipit sonū existentem in aere exteriori. et quando aer exterior motus ꝑ foramen auris attingit ad pelliculam ꝯtinentem illū aereʒ intrinsecū. tunc imutatur illud organum ⁊ auditur sonus. Ex dictis seq̇tur ꝙ animal nō audit in qualibet parte sui corporis. quia non in qualibet parte aerem habet inclusum qui sit organum auditus. neq3 aer exterior potest penetrare quamlibet partem animalis vt immutet aerem intrinsecū qui est organum auditus. Ulterius sequitur ꝙ iste aer ꝯnaturalis animali non habet in se sonum. quia si haberet non perciperet sonum ab extrinseco venientem. ⁊ ꝯtinetur ille aer ne destruatur per pelliculam ipsum continentem ⁊ est edificatus. id est firmiter positus in tympano auris. ⁊ oportet ꝙ sit imobilis ad hoc ꝙ possit sentire omnes differentias motus ⁊ sonus. sicut pupilla caret omni colore vt posset omnem colorem cognoscere

Sciendum tercio ꝙ ad organum auditus duo sunt necessaria. vt patʒ ex dictis. Primū est ꝙ ibi sit aer inclusus in quadam pellicula que dicitur miringa auris. Scdm est ꝙ ille aer sit immobilis ⁊ ꝓpter ista possunt accidere duo impedimenta circa auditum. Primum est. si ille aer inclusus corrūpatur. vt patʒ de homine existente in aqua dum aqua ꝑuenit ad ipsum corrumpitur. potest tamē impediri a tali ingressu propter tortuositates que sunt in foramine auris. vel si ledatur illa pellicula continens impeditur etiam auditus. sicut impeditur visus si pellicula ꝯtinens humidum quod est in pupilla oculi lesa fuerit. Secūdum impedimentuʒ est si ille aer intrinsecus moueatur. q2 requiritur ꝙ sit immobilis ⁊ sine sono. vt possit percipere motum et sonū existentem in aere exteriori. Ideo phus ponit signum ad discernendum vtrum aliquis sit boni auditus. nam si cōtinue in auribus audiat sonum aer sui organi est in continuo motu. ideo non potest bene percipere motum exteriorem. ideo est mali auditus ⁊ si multotiens percipiat silentium est boni auditus.

Conclusio: sonus est proprium obiectum auditus. quod ꝓbatur sicut ꝓbatū est ꝙ color sit obiectū visus.

¶ Sed dubitatur primo circa textum. vtrum causa actiua soni sit verberans vel quod verberatur. hoc est vtrum sonus causetur a ꝑcutiente vel a percusso vel ab vtroq3. Respondetur ꝙ ab vtroq3. sed diuersimode. quia primo fit a percutiente. eo ꝙ illud comprimit et pellit aerem et quia percussum est durum et lene. ideo resistit ꝑcutienti et facit aerem resilire. et sic ab vtroq3 causatur ille motus a quo fit sonus. quia oportet ꝙ ibi fiat resilitio ex resistentia percussi. nō tamen omne quod percutitur causat sonum. quia si acus acui obijciatur non generatur sonus. sed requiruntur conditiones superius posite

¶Dubitatur secūdo .que sunt differentie soni. Respondetur ꝙ sunt acutum ⁊ graue. et sumūtur per similitudinem ad differentias que sunt in tactu. Unde acutū dicitur ꝙ in modico tempore multum mouet sensum tactus. Et acutum in sono est quod multum mouet sensuꝫ auditus. Sed sonus grauis dicitur qui in multo tempore paruū mouet auditum Sed quia aliquis posset credere ꝙ acutū ⁊ graue in sono essent idē quod velox ⁊ tardū in motu. ideo illud remouet phus dicens ꝙ ad inuicē differunt. tamen sicut motus est causa soni. ita etiaꝫ velocitas motus est causa soni acuti. et tarditas est causa soni grauis .et hoc intelligendum est quando sonus vnico motu causatur. quia si fiat pluribꝫ motibus tunc frequentia motuū est causa soni acuti. ⁊ raritas soni grauis .vt dicit Boeti⁹ in sua musica. et ideo chorda cythare magis tensa acuti⁹ sonat. quia in ea ex vna percussione frequentius percutitur aer. Et sic pꝫ rñsio ad dubium

¶Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitꝛ ꝙ sonus non est motus localis formaliter. sed est ibi ꝑdicatio causalis siue materialis. quia sonus solum ex motu locali causatur. Ad secūdam dicitꝛ ꝙ corpus sonās. vt homo vel campana solum per accidens immutat auditum. sonus autem per se īmutat. ideo ponitꝛ obiectū auditus

Uox aūt sonus ꝗdam est aīati. inaīatorum em̄ nulluꝫ vocat. sed ꝫm similitudinē dicitꝛ vocare. vt tybia ⁊ lyra. et ꝗcūꝗꝫ alia inanimatorū extensionem habēt ⁊ melos ⁊ locutionem Assimilantur em̄ quia ⁊ vox hoc habet. Multa aūt animalium vocem non habent. vt que sunt sine sanguine ⁊ sanguinem habentium pisces. Et hoc rationabiliter si quidē aeris motus sonus est. Sed qui dicūtur vocare vt qui in achielo sonant branchis. aūt quodā altero huiusmodi. Uox autem sonus animalis est. et non quālibet parte. sed quoniam omne sonat verberante aliquo ⁊ aliquid in aliquo. Hoc autem est aer. ratiōabiliter vtiqꝫ vocabunt hec sola quecūqꝫ suscipiūt aera. Jam em̄ aere respirato vtitur natura in duo opera. sicut lingua ⁊ in gustū ⁊ locutōeꝫ. quoꝝ ꝗdē gust⁹ necessarius ē. vñ ⁊ pluribꝫ inest. Interꝑtatio aūt est ꝑpter bñ eē. sic et spū ⁊ ad calorē interiorē tanꝗꝫ necessariū. Causa auteꝫ in alteris dicta est et ad vocem. vt quo sit esse bene

Liber secũdus.

Organũ aũt respiratõis vocalis arterea est Cuius autem causa hec pars est pulmo. Hac em̃ pte plus habẽt calorem pedib9 gradientia aliis. Indiget aũt respiratõe ꝛ circa cor lo cus primus. Unde necesse est interius respirante ingredi ae rem. Quare pcussio respirati aeris ab aĩa que est in his ptib9 ad vocalẽ artereã vox est. Nõ em̃ oĩs aĩalis sonus vox est si/ cut diximus Est em̃ ꝛ lingue sonare ꝛ sicut tussientes. Sed oportꝫ aĩatum esse verberãs ꝛ cũ ymaginatõe aliqua ſcans Significatiuus em̃ q̃dam sonus est vox ꝛ nõ respirati aeris sicut tussis. sed iste ꝑberat eũ qui est in arterea ad ipsaꝫ. Sig nũ aũt est nõ posse vocare respirãtẽ neqꝫ expirantẽ sed deti/ nentẽ. mouet em̃ iste retinẽs. Manifestũ aũt ꝛ q2 pisces sine voce. nõ em̃ habẽt guttur. hanc aũt partem nõ habẽt q2 non recipiũt aerẽ neqꝫ respirant. sed qui dicunt sic peccant. ꝓpter quam igitur cãm altera ratio est

Queritᷣ. vtrũ vox hoc mõ bene definiatᷣ. Vox est repcus/ sio aeris inspirati ab aĩa que est in his partib9 ad vocalẽ artereã ☞ Ar guitᷣ pͥmo q nõ. q2 repcussio est motus. sed vox nõ est motus. ergo nõ ẽ re percussio Scdo sic. illa definitio nõ ꝯuenit sono instrumentoꝝ musicali um. ꝛ tñ dicũtur voces. g̃ est insufficiens Tercio sic. si vox fieret p respira tionẽ. cuꝫ respiratio aeris fiat naturaliter. seq̃retᷣ q oĩs vox esset naturalis ꝛ ſcatiua naturalr̃ qd̃ falsum est Quarto sic. si definitio esset sufficiẽs seq̃ retᷣ q tussis esset vox. sꝫ hoc est falsum. g̃ definitio est male assignata

¶ In oppositũ arguitᷣ p phm in textu

Sciendũ q determinato de sono in generali ꝯñter deter minat de voce q̃ est q̃dã spẽs soni. vñ vox solum est sonus aĩati corporis ꝛ si aliqd̃ inaĩatum vt tuba vel cithara dicatᷣ habere vocem. hoc soluꝫ est siĺi/ tudinarie. q2 voces taliũ instrumentoꝝ in trib9 req̃sitis ad vocẽ hñt siĺitu/ dinẽ vocis. Primũ est extensio. Nam in corporib9 inanimatis sonus cau/ satᷣ ex simplici p cussione. ꝛ q2 ista pcussio cito transit. ideo sonus coruꝫ cito transit ꝛ nõ habet extensionem Sed vox causatᷣ ex repcussione aeris ad vo calem artereãm. et quia illa repercussio continuatur ſm appetitum anime ideo ſm hoc vox habet extensionem et ꝯtinuatõem ꝛ soni instrumentorũ inq̃ꝫtũ quãdã extẽsionẽ hñt siĺitudinẽ hñt vocis Scd̃m est ꝯsonãtia. nã so n9 inaĩati corpis cũ ꝓueniat ex simplici pcussione ẽ vniformis nõ hñs in se

diuersitatẽ grauis ⁊ acuti ideo nõ hȝ ꝯsonantiã q̃ est ꝓportio sed quia vox ex repercussione causat que fit diuersimode ſm appetitũ aĩalis. ideo diuersificatur per graue ⁊ acutũ et cũ in sono instrumentoꝝ sit quedaȝ melodia in hoc assimilatur voci. Terciũ est discretio ⁊ interruptio sonoꝝ. Nam in voce humana est discretio ⁊ figuratio vocũ vt oratio distinguit ꝑ dictiones. ⁊ dictio per syllabas ꝓpter diuersas repercussiones aeris ab aĩa. ⁊ q᷑ sonus instrumentoꝝ diuersificat ꝓpter diuersas ꝑcussiones cordaꝝ vel flatuũ ideo habet siĺitudinẽ vocis.

Sciendum ꝙ licet vox solum conueniat animatis tamẽ multa aĩalia non habẽt voceȝ sicut generaliter oĩa carentia sanguine ⁊ istorum sunt quattuor genera vt dicit in libro de aĩalibus. Quedam eñ habent mollem carnem exterius vt sepie pulpi. Alia sunt mollis teste vt canceres. Alia sunt dure teste vt conche ⁊ ostree. Alia sũt corporis anulosi vt apes ⁊ formice. Siĺr aliqua aĩalia habẽtia sanguinem carent voce sicut pisces. Et rõ est. quia vox est quidã motus aeris qui fit per respiratõeȝ. sed dicta aĩalia non respirant aerem ideo non faciunt vocẽ ⁊ si aliqua dicãtur habere vocem vt pisces que sunt in achileo fluuio hoc est q̃a faciũt sonũ cuȝ branchis eoꝝ quibꝫ expellunt ⁊ attrahunt aquã

Sciendum ꝙ idẽ est organum vocis ⁊ respiratõnis. Nã in oĩ voce cum sit sonus tria requirũtur scȝ percutiens percussum ⁊ medium in quo fit percussio. sed mediũ in quo fit percussio formãdo vocem est aer attractus ꝑ respiratõnem. ideo sola illa aĩalia que respirant possũt formare vocem. igit sequtur ꝙ est idem organũ vocis ⁊ respiratõnis. vñ respiratio ordinatur ad duas opatõnes. vñ sicut natura vtitur lingua ad duo opera scȝ ad gustũ qui requirit necessario in aĩali ⁊ ad locutõnem qui soluȝ requirit quo ad bene esse. Ita vtitur aere respirato ad mitigandũ calorem cordis. ⁊ epatis ⁊ hoc est in aĩali necessariũ ⁊ ad formatõnem vocis qđ requirit ad bene esse.

Sciendum ꝙ organũ respirationis est vocalis arthera que cõtinuat pulmoni vt sibi deseruiat ad aeris attractõnem. Nam aĩalia ꝓgressiua magis habẽt de calore in pulmone q̃ȝ in aliis partibus corpis eo ꝙ pulmo est ꝑncipiũ caloris naturalis. ideo locus qui est circa cor indiget respiratõne aeris ad refrigeriũ eius ⁊ ꝓpter hoc oportȝ ꝙ aer ingrediatur ad pulmonẽ qui se habet ꝑ modũ follis exspirando. ⁊ q᷑ aĩalia habẽtia sanguinẽ plus habent de calore naturali q̃ȝ non habentia. ⁊ adhuc habentium sanguinem pisces minus hñt de sanguine. Ideo anĩalia carentia sanguine et etiã pisces non respirant nec pñt formare vocem.

Conclusio predicta definitio vocis est sufficienter assignata patȝ ꝑ cõditõnes vere definitõnis. Primo eñ ponit repcussio tanq̃ȝ genus. Non tñ ibi est ꝑdicatio formalis sȝ causalis. q᷑ vox non est formaliter illa repercussio. sed sonus causatus ex illa repercussione. Et dicit aeris inspirati ꝑ qđ excluditur sonus factus ꝑ cõpressionem manuũ vel ꝑ aliaȝ partem corpis. Et đr ab aĩa per qđ excludũtur soni aĩaliũ qui nõ sunt cuȝ ymagine significãdi vt tussis ⁊ siĺia. Ad hoc eñ ꝙ sonus dicat vox vel fieri ab aĩa inq̃ȝtum hmõi requirit ꝙ sit cũ ymagine ⁊ cum intentõne ad

aliquid ꝓcandū quia oīs vox est significatiua naturaliter vl'ad placitū ꝛ ꝙ vox sit repercussio aeris inspirati ꝓbat.p.duplici signo. Primū est ꝙ anial non pōt formare vocem nec respirando nec aspirando sed dum retinet aerem. Ideo aer retent⁹ causat motū ad formatōnem vocis. Scdm ē ꝙ pisces non habēt vocem eo ꝙ carent respiratōne neq̧ habēt vocalem artheriam. ꝛ quia illa repercussio aeris respirati hꝫ fieri ad vocalem artheriā Ideo illa particula addiť ad denotandū corpus percussum. Ad ṕmaꝫ et ad secūdā paruit solutio. Ad terciā diciť ꝙ aliq̇d bene est naturale in vl'i ꝛ voluntariū in particulari sicut viuere in cōmuni est naturale sed viuere hoc modo vel illo modo est voluntariū. Ita sil'r humana locutio in vniuersali naturaliter conuenit hoī sꝫ cuꝫ tali dearticulatōne est ad plurimū. ideo non omnes hoīes eodem modo loquūtur. Ad quartam patet solutio ex dictis.

E odore autē ꝛ olfactibili minus bene determinabile est dictis. Non em̄ manifestū est quale quid sit odor sicut sonus aut visibile vtrū lumē. Causa aūt est quia sensum hunc nō habemus certū. sed peiorē multis aīalib⁊. praue em̄ odorat homo. Et nihil odorat odorabiliū sine leticia ꝛ tristicia. sicut non existente certo eo q̄ sentimus. Rōnabile autez sic ꝛ fortes oculis colores sentire ꝛ non per manifestas ipsis esse differentias coloꝝ nisi terrentiū ꝛ non terrentiū. sic autez et odores hoīm genus. Videtur em̄ ꝛ analogiam habere ad gustum. ꝛ similiter species humoꝝ cum his que sunt odoris sed certiorem habemus gustū ꝓpter id qđ ipse quidā tactus est. hūc aūt habet homo sensum certissimū. In alijs em̄ deficit ab aīalib⁊ multis. Scdm aūt tactū differenter certificat vū et prudentissimū aīaliū est. Signū aūt in genere hominū ꝑm sensum ingeniosos esse ꝛ nō ingeniosos. ꝑm aīaliū autez nullū. Duri em̄ carne inepti menti. Molles aūt carne bene apti. Est āt sicut humor hic q̇dē dulcis. ille vero amarus. sic et odores sunt. Sꝫ alia q̇dē hn̄t ꝓportōnal'r odorē ꝛ humor Dico āt dulcē odorē dulcē hūorē. alia vero ꝯtrariū Sil'r aūt et acer ꝛ austerus ꝛ acutus ꝛ pinguis est odor. sed sicut dixi

mus ꝓpter id ꝙ nō multū ꝑmanifesti sunt odores sicut hu- mores. ab his acceperunt noīa ſm similitudinem rerū. Dulcis quidē em̄ a croco ⁊ melle. acer autem a thimo ⁊ hmōi eodem autemt modo ⁊ in aliīs. Adhuc autem sicut auditus et vnusquisq; sensuum hic quidem audibilis et non audibilis. ille vero visibilis ⁊ non visibilis. et olfactus odorabilis ⁊ nō odorabilis. Non odorabile autem aliud quidem ſm id qđ omnino impossibile est habere odorem. aliud vero paruum habens et prauum. Similiter autem ⁊ non gustabile dicit.

Queritur. vtrum odor sit proprium obiectum olfactus. Arguitur ꝙ non quia obiectum propriū debet esse adequatum sue potentie. sed odor non adequatur olfactui. quia olfactus ꝑcipit non solum odorabile. sed etiam nō odorabile. Scđo aliqui odores ab olfactu nostro nō ꝑcipiuntur. igitur odor non est obiectum olfactus Tercio odores percipiuntur a gustu. quia sapida bene odorant. igitur odor est obiectū gustus

In oppositū est phūs in littera sciendum primo ꝙ postq̄ phs determinauit de visibili ⁊ audibili que sunt obiecta visus ⁊ auditus. Consequenter determinat de odorabili quod pertinet ad olfactum. Et primo determinat de ipso ſm se. postea vero ſm ꝙ immutat sensum olfactus. Sed quia difficilius est determinare de odoribus q̄ȝ de coloribꝫ vl' sonis eo ꝙ inter oīa aīalia hō ē peioris olfactus. Ideo non possumꝰ complete ⁊ per certitudinem cognoscere odores.

Sciendum secūdo ꝙ homo inter cetera animalia ſm quātitatē sui corpis hȝ maius cerebrū. sȝ cōplexio cerebri ꝯsistit in frigido ⁊ humido ⁊ cū subiectū odoris sit calidū ⁊ siccū oportȝ organū olfactus esse potētia calidū ⁊ siccū. ⁊ qꝛ organū olfactꝰ situatū ē circa cerebrū ꝯtrahit frigiditatē ⁊ hūiditatē a cerebro q̄ indisponūt ipm ad suscipiendū spēs odoris et hinc est ꝙ hō ceteris aīalibꝫ hȝ peiorē olfactū q̄ ꝓpter hoīes nō discernūt drn̄tias odoris nisi referēdo ad saporē ⁊ solū ꝑcipiūt excellētes odores generātes gaudiū vel tristiciā sicut quedā aīalia hn̄tia duros oculos vt locuste ⁊ quidā pisces nō ꝑcipiūt nisi excellētia visibilia ⁊ terrentia.

Sciendum tercio ꝙ differentie odoris distinguuntur ꝑ anologiam ad gustum ⁊ ad species saporis. quia non bene percipimus ipsas ꝑ olfactum. Cuius causa est. quia homo est optimi gustus ⁊ pessimi olfactus. Et qꝛ om̄e ignotū hȝ cognosci ꝑ magis notū ad qđ hȝ habitudinē. Ideo cum spēs saporis sint nobis magis manifeste q̄ȝ species odoris et species odoris habent affinitatem ad species saporis ⁊ sub illarum similitudine a nobis cognoscuntur. Ideo conuenienter distinguunt species odoris ſm spēs saporis ⁊ homo hȝ gustū certiorē ceteris animalibus

Cuius rō est. quia gustus est quidam tactus ꝛ homo inter oīa aīalia ha-
bet perfectissimū tactum.

Sciendum quarto ꝙ licet homo in aliis sensibus de-
ficiat a quibusdam aīalibus. Sunt em̄ quedam bruta que melius vident
audiunt ꝛ odorant ꝙ̄ hoīes. homo tamē cetera ꝑcellit in tactu ꝗa est sub-
tilioris ꝛ ꝑfectioris complexionis. Et inde ꝓuenit ꝙ in hoībus ꝑ tactum
iudicamus qui sunt ingeniosi ꝛ qui non ꝛ nō ꝭm alios sensus. Nā hn̄tes
carnē durā ꝛ ꝑ ꝯn̄s malū tactuꝫ sunt cōmuniter inepti ꝭm mentem ſꝫ habē-
tes molles carnes sunt bone mētis ꝛ ingeniosi. Ideo dicit in textu Mol-
les carne aptos mente dicimus. Sed argueret ꝙ aptitudo mentis mag̾
corrn̄deret bonitati visus ꝙ̄ tactus. quia visus est sensus spūalior ꝛ ples
rerum differentias nobis oñdit quocūꝗ alio sensu. Ideo sepe vocat sen-
sus discipline. g̃ bonitati visus magis rn̄det aptitudo mentis ꝙ̄ bonitati
tactus qui est inter omnes maxime materialis. Rn̄det ꝙ duplici de cau-
sa bonitas mentis corrn̄det bonitati tactus. Prima est ꝗa tactus est fun-
damentum oīm alioꝝ sensuū. quia organū eius diffundit ad modum re-
this ꝑ totum corpus ꝛ in organo cuiuslibet alterius sensus est organū ta-
ctus. Ideo cum aliquis habet meliorē tactū seꝗtur ꝙ simpl'r hꝫ meliorē ꝟ-
tutem sensitiuā. ꝛ ꝑ ꝯn̄s meliorē intellectū. qꝛ bonitas sensus est dispositio
ad bonitatem intellectus. sed ex hoc ꝙ aliquis habet meliorē visum nō se-
quitur ꝙ sit melioris sensus simpl'r ſꝫ tm̄ ꝭm ꝗd. Alia cā est. ꝗa bonitas ta-
ctus inseꝗtur bonitatē cōplexionis Et cū organū tact⁹ nō p̄t esse denuda-
tū a qualitatibꝰ tangibilibꝰ qꝛ cōpositū est ex elemētis oportꝫ ꝙ sit in potē-
tia ad extrema tangibilia ad h̄ ꝙ sit mediū inter ea sed ad bonitatē cōplex-
tionis corꝑis seꝗtur bonitas aīe. ꝗa forma ꝛ materia ꝓportionari debēt. g̊
qui sunt boni tactus sunt melioris animi ꝛ subtilioris intellectus.

Sciendum quinto ꝙ licet tactus sit certissimus sensuuꝫ
tn̄ species odoris nō debēt magis distingui ꝑ tactū vel denoīari ꝙ̄ ꝑ spēs
saporis. Rō est qꝛ sapor ꝛ odor causant ex certa cōmixtione q̄litatū elemē-
toꝝ. ꝛ ideo spēs odoꝝ magis corrn̄dent speciebꝰ odoris ꝛ ab ipis denomi-
nant magis ꝙ̄ a q̄litatibꝰ tangibilibꝰ. vn̄ spēs odoris nominant ꝑ spēs sa-
poris ꝛ sic extremi odores dicūtur dulcis ꝛ amarus etiā noīa medioꝝ sa-
porū transferūtur ad medios odores vt pingue acutū austerū acetosū dū
tamē sil' reperiant in eodē subiecto qꝛ quedā sunt boni saporis ꝛ mali odo-
ris. ꝛ quedā ecōuerso. qꝛ sapor cōsistit in humido aqueo aliq̄liter digesto
a sicco mediante calido' Odor ꝟo ꝯsistit in sicco aereo aliq̄liter tꝑato mō
q̄nꝗ cōtingit vtrāꝗ subam scꝫ aereā subtilē ꝛ aqueā grossiorē ꝭm debi-
tam ꝓportionē cōmisceri. ꝛ sic ē suauitas odoris ꝛ saporis. Si vero sit de-
bita ꝓportio in vna ꝛ nō alia ecōtra se habebunt.

Conclusio odor est ꝓprium obiectum olfactus ꝓbarer si-
cut ꝓbatū est de colore ꝛ sono respectu visus ꝛ auditus. Ex ista cōclusio-
ne infert sicut visus est visibilis ꝛ non visibilis ꝛ auditus audibilis ꝛ non
audibilis. ꝗa eadem est potentia oppositoꝝ. priuatio em̄ nō cognoscit nisi ꝑ
habitū. iō olfactus est odorabilis ꝛ nō odorabilis. Sed nō odorabile dici-
tur dupliciter vel qꝛ oīno nō hꝫ odorē vt sunt corꝑa simplicia vel qꝛ ꝑuum

halet odorem vel prauū ⁊ est corruptiuū olfactꝰ. ⁊ ita dicendū est de visi/
bili audibili ⁊ tangibili.

Ad ratōnes ante oppositū Ad primā dicit̄ ꝙ licet olfactꝰ
ꝑcipiat non odorabile. tamen hoc est solum priuatiue. quia cognoscit ipm
per priuatōnem odoris Ad secūdā dr̄ ꝙ ꝗuis sint aliqui odores q̄ non
ꝑcipiūtur ab olfactu nr̄o ꝓpter eius maliciā tn̄ ab aliquo olfactu ꝑcipiunt̄.
Ad terciā dr̄ ꝙ licet odor qn̄qꝫ ꝑ accn̄s a gustu ꝑcipit̄ scꝫ qn̄ bn̄ sapida
bn̄ odorant tn̄ non semꝑ nec per se. quia qn̄qꝫ bene sapida nō bn̄ odorant

Est aūt olfactus per medium vt aerem aut aquam. Et nan/
qꝫ aquatica videntur odorem sentire. Similiter. aūt ⁊ que/
cunqꝫ cum sanguine ⁊ sine sanguine. sicut ⁊ que in aere. Ete
nim horum quedam a longe occurūt ⁊ ad alimentum que
ab odore mouentur. Unde ⁊ dubium videtur si omnia qui
dem que sub odore fiunt similiter odorent. Non autem respi
rans odorat non respirans autem sed expirans. aut retinēs
spiritū non odorat neqꝫ a longe neqꝫ a prope neqꝫ si in nasum
intus apponatur. ⁊ hoc quidem in ipso positum quo sentit̄.
insensibile esse omnibus cōmune est sed sine respiratōne non
sentire ꝓprium est hoīm. Manifestum autem est tētantibꝰ.
Quare sanguinem non habentia qm̄ non respirant alterum
vtiqꝫ quendam sensum habent preter eos qui dicti sunt. Sꝫ
impossibile est siquidem odorem sentiūt. Odorabilis enim
sensus ⁊ mali odoramenti ⁊ homini odoramenti olfactus est
Amplius autem ⁊ corrumpi videtur a fortibus odoribꝰ ex
quibus homo corrumpitur. vt sulphur ⁊ hmōi. Olfactū qui
dem igitur habere necessarium est sed non respirantia. Vide
tur autem hoībus differre hoc sensitiuū ad ea que alioꝝ ani
maliū. sicut oculi ad ea que duoꝝ oculoꝝ sunt. Hec quidem
eīm habent fragma ⁊ sicut velamen palpebras quas aliquis
non mouens neqꝫ retrahens non videt. fortia autem oculis
nihil hmōi hn̄t. sed mox vident que fiunt in lucido. sic igitur

et odoratum aliȷ́ quidem sine operculo est. sicut oculis aliȷ́s
vento aerem recipientibus habere cooperimentum. quod re
spirantibus discooperitur ampliatis venis ⁊ poris. ⁊ ꝑ hoc
respirantia non odorant in aqua. necessariũ eñ est odorẽ pa
ti respirantia. hoc aũt facere in humido impossibile. Est aũt
odor sicci sicut humor humidi. Odoratiuũ autem sensiti/
uum potentia hmõi est.

Queritˀ vtrũ odor multiplicatur per mediũ intentionali/
ter tm̃. Arguitˀ ꝙ nõ Poma omittentia odores desiccantˀ ⁊ cõtrahunt q̃s/
dam rugas. vt dicit Auicẽna qđ non fiet nisi esset realis fluxus odoris a
corpe odorabili. g̊ odor multiplicatˀ per mediũ realiter. Secũdo odor ẽ
fumalis euaporatio. vt habetˀ de sensu et sensato. g̊ realiter diffunditˀ ꝑ me
dium Tercio bestie siluestres quando appropinquant ad locũ vbi vo/
lunt quiescere faciunt magnos saltus vt interrumpatˀ via canũ. quia q̃z/
diu quiescunt canes non possunt eas sentire. sed cũ se mouent a canibꝫ in/
ueniuntˀ qđ non esset nisi odor diffunderetˀ per medium realiter.

In oppositũ arguitˀ ꝙ odor est quoddã accidens. ergo est
in aliq̊ subiecto. vl g̊ in aere vel in corpe alio. Nõ primũ. qꝛ corpus simplex
non potest esse subiectũ odoris. nec aliud corpus existens in aere qꝛ sequere
tur ꝙ duo corpa simul essent in eodem loco cũ aer non videatˀ expelli ideo
multiplicatur per medium intentõnalr.

Pro rñsione primo notandũ qꝛ postq̃z visum est de odora
bili ſm se. ꝯñter pħs determinat de imutatõne olfactꝰ ab odorabili ⁊ etiã
de imutatõne mediȷ́ oñdendo qualiter odores diffunduntˀ per mediũ. vñ
ꝓpriũ mediũ est aer vel aqua. ꝓbatur in textu. qꝛ tam aĩalia aquatica q̃z vi
uentia in aere siue hñt sanguinẽ siue nõ a longe percipiũt odorẽ. qꝛ a longe
ꝓsequũtur nutrimentũ qđ non ꝑcipiunt ꝑ aliũ sensum q̃z ꝑ olfactũ. Et cir
ca h̊ ẽ dubiũ q̃liter odor p̃t diffũdi i tãta distãtia ꝑ quã mlˀtiplicatꝰ ꝑcipitˀ.

Sciendũ ꝙ quidam posuerũt omnẽ sensum perfici quo
dam tactu dicebant eñ ꝙ qñ fit sensatio sensus ⁊ sensibile mutuo se tan/
gunt tamen differenter est in visu ⁊ in aliȷ́s sensibꝫ. q̇a dicebant ꝙ a visu e/
grediantur radiȷ́ visuales ꝓcedentes vsq̧ ad rem visam ex quoꝝ tactu cuꝫ
visibili causatˀ visio. Sed in aliȷ́s sensibꝫ dicebãt ecõtrario fieri. qꝛ sensibile
venit ad sensum. vt patꝫ in gustu ⁊ tactu quoꝝ sensibilia quodaꝫ gustu ⁊
tactu ꝑcipiũtur etiã de auditu qꝛ aer motus vsq̧ ad auditũ pertingit. Si
militer dicebãt esse in olfactu ponẽtes ꝙ a corpe odorifero egreditˀ quedaꝫ
fumalis euaporatio que ẽ subiectũ odoris ⁊ ꝑuenit vsq̧ ad sensũ olfactꝰ.

Sciendũ ꝙ causa huius diuersitatis fuit ꝙ antiqui non
cognoscebãt imutatõnẽ spũalẽ ſꝫ solũ materialẽ mõ in aliȷ́s sensibꝫ a visu
apparet imutatio materialis que non apparet in visu. Nam soni ⁊ odores

deferunt et quando impediuntur per ventos. colores vero non. etiam cõ trariorum colorum species per eandem partem aeris deferunt ad visum vt cũ vnus homo videt albuz alius nigru per idem mediũ. sed hoc nõ contingit in olfactu quia cõtrarij odores in medio se impediunt quare antiqui ignorantes imutatõnem spũalem posuerũt quod radij visuales procedentes a visu vsque ad rem visam extenduntur. Sed quia perceperũt imutatõnem naturalez medij ab alijs sensibilibus credebant alia sensibilia deferri ad sensum sed hoc non videt possibile in olfactu quia odor cadaueris nõ pt multiplicari per medium realiter in tanta distantia scdm quã percipit maxime cũ odores se diffundant orbiculariter. Nam si totũ corpus resolueret in vapores nõ posset per tm̃ spaciũ diffundi cũ sit certus terminus rarefactõnis vltra quẽ corpus naturale peruenire nõ potest. vñ corpus rarefactibile nõ potest rarefieri vltra raritatem ignis et sic illa raritas est terminus in istis corporibus.

Conclusio Odor vsque ad certam distantiam potest multiplicari realiter cũ fumali euaporatõne. sed vltra multiplicat intentionaliter tm̃. Primũ patet. nã odores impediũtur per ventos quod nõ esset si solum intentõnaliter multiplicarent. ventus tamẽ nõ impedit multiplicatõnem coloris. ergo in aliqua distantia multiplicat odor per mediũ realiter.

Scdm patet. quia sensibile positũ supra sensuz non facit sensatõnẽ. cũ ergo odor imutat olfactũ ad ipm defertur intentõnaliter. Itẽ patet per exemplũ de vulturibus qui vt dicit Homerus venerũt a quingentis miliaribus ad cadauera mortuorum post bellũ troyanũ sed nõ pt multiplicari odor realiter vsque ad tãtã distãtiã. Ex quo pz qualiter olfactus et etiã mediũ imutant ab odore.

Sed circa hoc dubitat. vtrũ hois et bruti sit idem olfactus. Arguitur quod nõ quia hõ solũ odorat respirãdo. bruta vero nõ respirãdo. ergo in hominibus et brutis nõ ẽ idẽ olfactus. Rñdet quod oĩa aĩalia respirãtia et non respirãtia hñt eũdẽ olfactũ in spẽ. probat. primo. Potẽtie distinguũt per actus et obiecta. sed idẽ ẽ obiectũ olfactus hoĩs et bruti. ergo etc. Secũdo eadẽ ẽ potentia cuius sũt eadẽ corruptiua sed ab eisdẽ malis odoribus vt a sulphureis corrũpit olfactus in hoĩbus et in brutis. ergo ipsorum ẽ idẽ olfactus. Sz hñt drãm in mõ odorãdi vt probat rõ adducta an oppositum Hoc probat etiã phs quia organũ olfactus hoĩs dĩt ab organo aliorum aĩaliũ sic oculi quorũdã dñt ab oculis hoĩs quia oculi hoĩs hñt palpebras quas si retraheret nõ possz videre. sz hoc nõ accidit in hñtibus duros oculos quia nõ hñt palpebras sz stati vidẽt visibilia quorum spẽs sũt in dyaphono. Ita sitr in nõ respirãtibus organũ olfactus ẽ sine coopculo. sz in respirãtibus ẽ quoddã coopculũ sup organũ olfactus ad moduz buti mãmille quod apit per inspiratõem. ideo nõ pñt odorare sine inspiratõne quod pz a signo quia hõ exñs in aq̃ quia nõ respirat nõ pt percipe odorẽ. Rõnes ante oppositũ facte soluuntur ex dictis.

Gustabile aũt ẽ quoddã tangibile. et hec est causa quare nõ fit sensibile per mediũ extraneũ corpus. Neque em̃ tactus et corpus in quo ẽ humor. quod ẽ gustabile in humido sicut in materia hoc aũt quoddã tangibile.

Unde et si in aqua essemus sentiremus vtiq₃ appositū dul/ce. Non autem esset tunc nobis sensus per mediū. sed in eo quod miscetur humido. sicut in potu. color autem non sic videtur in eo quod miscetur. neq₃ defluxionibus vt quidē igit͛ mediū nihil est. vt autem color visibile sic gustabile humor ē Nihil aūt facit humoris sensum sine humiditate. sed habet actu aut potentia humiditatem vt salsu₃. bene enim liquidū ipsum est ꝛ liquefactiuū lingue. Sicut aūt visus visibilis ē et inuisibilis tenebra aūt inuisibilis est. iudicat autē et ipsam visus. Adhuc aūt ꝛ valde splendidi est etenim hoc inuisibi/le est alio autem modo a tenebra Similiter aūt ꝛ auditus soniq₃ et silentij. quoꝝ aliud audibile. aliud non audibile ꝛ magni soni sicut visus est splendidi. Sicut eīm paruus sonus inaudibilis quodāmodo. sic ꝛ magnus ꝛ violentus. Inuisibile aūt aliud quidem oīno dicit͛. sicut ꝛ in alijs impossibile. aliud autem q̄uis aptū natum non habet aut praue. sicut qḋ sine pedibus est ꝛ sine gressu dicit͛. Sic autem gustus gustabilis est ꝛ non gustabilis. Hoc aūt est paruū aut prauum habens humorem aut corruptiuū gustus. Uidetur aūt principium esse potabile ꝛ non potabile. Gustus eīm quidā ambo sed hoc quidem vt prauū ꝛ corruptiuū gustus. illud autē ꝑm naturam. Est autē cōmune tactus ꝛ gustus potabile. Quoniam autem humidum quidem est gustabile. necesse est sensitiuum ipsius neq₃ humidum esse actu. neq₃ impossibile fieri humidum. patitur eīm aliquid gustus a gustabili ꝑm q̄ gu/stabile est. Necessarium est ergo humectatū fore quod possibile humectari saluatū. non humidū autē gustatiuū sensitiuū Signum aūt neq₃ siccam existentem linguam sentire. neq₃

multum humidam. hic em̄ tactus fit primi humidi. sicut cū aliquis (qui ante gustauit fortem humorem) gustet alterum et vt laborantibꝰ amara oīa videtur. ꝓpter id quod lingua plena huiusmodi humiditate sentit. Species autē humoꝝ sicut in coloribꝰ simplices quidem ꝯtrarie sunt. sicut dulce ꝛ amarum. Habite autē sunt cum hac quidem pingue. cū illa vero salsum. media aūt hoꝝ acre ꝛ austerum. ꝛ ponticum ꝛ acutum. fere em̄ he videnꝛ esse humorum differentie: Quare gustatiuū est potentia huiusmodi. gustabile autē est factiuum actu huius.

Queritꝛ vtrū sapor sit propriū obiectū gustus ¶ Arguitꝛ p̄mo ꝙ nō. qꝛ obiectū gustus debet esse inferius ad obiectū tactus. sed sapor non se hꝫ vt inferius ad qualitates tangibiles. ergo nō est obiectuꝫ gustus. Maior patꝫ. qꝛ gustus est quidam tactus ꝛ gustabile quoddā tangibile. vt dꝛ in textu. igitur gustabile debet esse inferius ad tangibile Secūdo sic. illud est obiectum gustus sub cuius ratōne gustus percipit oīne illud qđ percipit. sed humor saluialis est hmōi. igitꝛ est obiectuꝫ gustus. ¶ In oppositum est phus in littera

¶ Sciendū primo ꝙ postq̄ꝫ phus determinauit de odore qui est obiectū olfactus. Consequēter determinatꝛ de sapore siue gustabili ꝛ de his que ꝑtinent ad gustum. Et p̄mo inquirit de medio gustus. Secūdo de obiecto. Tercio de organo

Circa primū secūdo sciendū ꝙ oīs sensus ꝑcipit suū obiectum per aliqđ mediū. qꝛ sensibile positum supra sensum nō facit sensationem. Sed duplex est mediū. scꝫ intrinsecū quod est pars aīalis. et extrinsecum quod est ab animali separatū. vnde visus auditus ꝛ olfactus sentiūt per mediū extrinsecū. sed gustus ꝛ tactus ꝑ mediuꝫ intrinsecū. qđ est caro et hoc manifestū est de tactu. et qꝛ gustus est quidam tactus. ideo etiā gustus quodāmodo ꝑcipit per mediū intrinsecū. ¶ Sed ꝯtra arguitꝛ si in aq̄ dissoluatꝛ corpus sapiduꝫ vt mel vel aliq̄s existens in aqua distante ab illo corpore sentit illud corpus ꝑ gustum. sed hoc est ꝑ mediū extraneum. ideo gustus īmutatꝛ ꝑ mediū extraneū. Respondet phus ꝙ nō sentimus saporem talis corporis nisi ꝓ q̄n͡to miscetꝛ aq̄. sicut pꝫ in potu in quo si ponatur mel statim ꝑcipimus dulcedinē mellis ꝛ ita sentimus saporē illū nō vt est corporis distantis. sed ꝓut est aque īmutate a tali corꝑe. Cuiꝰ signū est ꝙ remisse īmutat gustū. eo ꝙ debilitatꝛ ꝓpter ꝑmixtionē aque

Sciendū tercio. ꝙ nihil sentimus ꝑ gustū sine humiditate. nam sicut color nō p̄t videri sine lumine. ita neq̄ꝫ sapor sine humido gu-

stari potest. quare oportz om̄e gustabile humiditatem habere. vel in actu si cut vinũ. vel in potentia sicut cibꝫ. ꝛ ideo opꝫ ꝙ semꝑ supra linguã sit aliq̃ saliua que sit liq̃factiua. ꝑ quã cibaria humectant̄ vt eoꝝ sapoꝛ ꝑcipi possit nã aliter sapoꝛ nõ posset penetrare carnē lingue. q̃ est mediũ in sensu gu stus. et sic pꝫ de medio gustus

Sciendũ quarto ꝙ sicut visus est visibilis ꝛ nõ visibilis et nõ visibile dicit̄ dupl'r. ita gustus est gustabilis ꝛ nõ gustabilis ꝛ nõ gu/ stabile dr̄ dupl'r. quoddã est penitus nõ habens saporē. Aliud est qđ parũ hꝫ de sapore aut qđ hꝫ paruũ saporē. scꝫ nimis violentũ ꝛ corruptiuũ gu/ stus. Sed qꝛ gustabile semꝑ est habēs humidũ aqueũ. ꝛ humidũ aqueuꝫ est ṗncipiũ saporis. igit̄ videt̄ ꝙ potabile ꝛ nõ potabile sint ṗncipium eoꝝ q̃ gustu ꝑcipiũtur. gustus eñ ꝑcipit gustabile vt ꝯueniens ꝭm naturã ꝛ nõ gustabile. vt prauũ corruptiuũ. sꝫ tñ ista percipiũtur a gustu vt cõuenit cũ tactu. nam potabile ꝯmune est ad gustũ ꝛ tactũ. pertinet eñ ad tactuꝫ in q̃tum est humidũ. ꝛ gustũ inq̃tum est sapidum. ꝛ sic pꝫ de obiecto gustꝰ. Sed ad videndũ de organo eius est.

Quinto sciendũ ꝙ organũ gustus nõ debet esse humidũ in actu nec habere repugnãtiam ad humidũ. sed debet habere potentiaꝫ ad fieri humidũ. vt organũ visus nullũ debet habere colorē in actu. sed est sus/ ceptiuũ coloris. gustus eñ tangit̄ a gustabili qđ est humidũ actu si sit actu gustabile. igit̄ organũ gustus ꝭm se debet esse humidũ in potentia soluꝫ. et cum iam passum est fit in actu humefactum vt possit gustare. Et ꝙ illđ organũ nõ habeat humorem in actu ꝓbat phus. nam lingua existens ni/ mis humida nõ potest sentire. neq3 existens nimis sicca. quia q̃n est nimis humida solum fit sensus ṗmi humidi ꝛ nõ superuenientis. sicut cũ aliq̃s gu stauit forte saporem nõ p̄t alium ꝑcipere ꝓpter humorē manentē supra lin/ guam. vt febricitans oĩa iudicat amara. qꝛ linguã hꝫ plenam humore cole rico et amaro. quare nõ p̄t alium humorem ꝑcipere

Conclusio ṗma. Sapoꝛ est ꝓpriuꝫ obiectũ gustus. qđ ꝓ batur sicut ꝓbatum est de ꝑcedentibꝫ.

Conclusio secũda. Tm̄ sunt septē spēs saporis: scꝫ dulce amarũ. pingue. salsum. acre siue austerũ. ponticuꝫ. ꝛ acutũ. Nam oĩs sapoꝛ aut extremus est. ꝛ sic est dulcis ꝛ amarus. aut medius ꝑ eque distantiaꝫ et sic est acutũ. Uel ꝑ paticipatõem tm̄. ꝛ hoc dupl'r. vel mediat inter acu tum ꝛ dulcē. vel mediat inter acutũ ꝛ amarũ. Si ṗmũ vel magis appro/ pinquat̄ ad dulce. ꝛ sic est pingue. vel ad acutũ ꝛ sic est austerus. Si secun dũ vel magis appropinq̃t ad amarũ. ꝛ sic ē salsus. vel ad acutũ ꝛ sic ē põticꝰ

Ad rõnes añ oppositũ Ad ṗmã dr̄ ꝙ gustꝰ et tactus pñt vno mõ ꝯsiderari quo ad modũ sentiendi. et sic gustus est q̃dam tactꝰ. qꝛ tangendo ꝑcipit suũ obiectũ ꝑ mediũ intraneũ. Alio modo quantum ad obiectũ. ꝛ sic gustus nõ est q̃daꝫ tactus. qꝛ sapoꝛ nõ est qualitas tãgibilis licet causet̄ a qualitatibꝫ tangibilibꝫ ꝛ fundet̄ in ipsis. Sil'r gustus fundat̄ in tactu. Uel dꝫ ꝙ gustus inq̃tum est discretiuus sapoꝝ nõ est q̃dã tactꝰ

sed vt distinguit qualitates tangibiles τ alimentū ɔueniens a discōueni/enti p ipsas est quidam tactus. Jdeo dr tercio ethicoꝝ ꝙ circa delectatio/nes gustus pmo modo ɔsiderate non est temperantia. sed solum put est quidam tactus Ad secūdā dr ꝙ humor salivalis non percipitur a gu/stu nec est obiectū eius. sed est pncipiū quo gustus pcipit sapores. qꝛ dispo/nit organū eius τ quodāmodo se habet in rōne medij

De tangibili aūt τ tactu eadē ratio. Si eñ tactus non est vnus sensus sed plures nccārium est tāgibilia sensibilia plu/ra esse. Habet eūt dubitatiōem vtrū plures sint aut vnus τ quid est sensitiuū tangibile vtrū caro. τ in alijs ppoꝛtiōabile aut non. sed hoc qdē est mediū. pmū aūt sensitiuū aliud qdē est intus. Ois etēm sensus vnius ɔtrarietatis esse videt. vt visus albi τ nigri. auditus grauis τ acuti. gustus amari τ dulcis. Jn tangibili aūt multe insunt ɔtrarietates. calidum frigidū humidū siccū molle τ alioꝝ qcūqꝫ sunt hmōi. Ha/bet aūt solutōem quādam ad hanc dubitatōem τ ꝙ in alijs sensib⁹ sunt ɔtrarietates plures vt in voce non solū acumen et grauitas. sed et magnitudo τ paruitas τ leuitas τ asperi/tas vocis τ silia alia. Sunt aūt τ circa colorē differentie hu/iusmodi altere. Sed ꝙ sit vnū subiectū sicut auditui sonus sic tactui non est manifestū. Utrū aūt est sensitiuū intus aut nō. sed mox caro. nullū videt esse signū fieri sensum simul cū tactu. Etēm nūc si aliqs circa carnē extenderit vehemētem faciēs silr sensum mox tactū insinuat τ tñ ɔstat ꝙ non est in h sensitiuū. Si aūt τ cū naturale fuerit citi⁹ vtiqꝫ ɔtinget sen/sus. Propter quod talis pars coloris videtur sic se habe/re sicut si circulariter nobis aptus natus esset aer. Videre/mur enim vno quodam sentire et sonum et odorem et colo/rem. et vnus quidem sensus esse auditus et visus τ olfactus Nūc aūt qm̄ determinatum est p quod fiūt motus manife/

sta sunt predicta sensitiua altera esse in tactu autē hoc ꝗdem nūc manifestum est. Ex aere quidem eñ aut aqua impossibile est ꝯstare aīatum corpus. oportet eñ firmum esse. Relinquitur autē mixtuȝ ex terra ⁊ ex his esse vt vniuersaliter caro et ꝓportionale. Quare nccārium est ⁊ corp⁹ esse qđ medium tactui aptū natū ꝑ qđ fiant sensus cū sint plures. Demōstrat aūt ꝙ plures sint qui in lingua tactus. Oīa eñ tangibilia sentit ꝫm eandem partē ⁊ humorem. si quidem igit̄ ⁊ alia caro sentiret humoreȝ. videretur vnus ⁊ idem esse sensus gust⁹ et tactus. nūc aūt sunt duo ꝓpter id qđ nō ꝯuertit̄:

Queritur vtrū sensus tactus sit vnus sensus. Arguit̄ p̄mo ꝙ sic. qꝛ accñs capit vnitatem a subiecto. sed sensus tactus hȝ vnū subiectū quod est ꝗdam neruus extensus ad modū rethis ꝑ totū corpus

Secūdo sic. si esset plures hoc esset qꝛ est ꝑceptiuus pluriū ꝯtrarietatuȝ sed hoc nō obstat. qꝛ quilibet alioꝝ sensuū est ꝑceptiu⁹ pluriū ꝯtrarietatuȝ et tamen est vnus. ergo tactus est vnus. Tercio sic. si tact⁹ nō esseȝ vn⁹ sed plures nō essent ꝗnqȝ sensus exteriores. ꝯñs est falsum. g̊ ⁊c. In oppositum est pħus in littera

Sciendū primo ꝙ postꝙ̄ pħus tractauit de obiectis q̄tuor sensuū a tactu. Hic ꝯsequēter determinat̄ de sensibilib⁹ ipsi⁹ tact⁹. ⁊ licet tactus sit fundamentū omniū sensuū tñ est minus spūalis oīb⁹ alijs. quare vltimo determinat pħus de ipo. p̄mo mouendo aliquas dubitationes. que licet possent moueri de tāgibili et tactu. tñ ꝯmodosius possunt terminari si moueant̄ circa tactū ꝙ̄ si mouerētur circa tangibilia. ideo mouent̄ circa tactum q̄uis pħus p̄ncipaliter intendat eas determinare de tāgibili. Prima illarū est titulus q̄stionis. Scđa est. vtrū caro sit organū tactus vel aliq̄d ꝓportionatū carni in nō hñtib⁹ carnē

Pro primo est secūdo sciendū. ꝙ organum tactus est vnū subiecto ⁊ plura formaliter. Est eñ organū tactus ꝗdā neruus extensus ꝑ totū corpus ꝯsistens in media ꝓportione qualitatū tangibiliū. cū ergo ille neruus sit vnus oporȝ etiā organū esse vnū subiecto. sȝ qꝛ sensus videt̄ esse ꝗdā media ꝓportio mediās inter sensibilia ꝯtraria ⁊ cū tact⁹ sit pluriū ꝯtrarietatum ꝑceptiu⁹ ⁊ diuersarum contrarietatum sint diuerse ꝓportōes medie seq̄tur ꝙ organū tactus est mediū diuersaꝝ ꝯtrarietatū p̄marū. scȝ ꝯtrarietatis calidi ⁊ frigidi. ⁊ ꝯtrarietatis humidi ⁊ sicci. g̊ organū tactus nō est vnū formal'r sed plura

Sciendum tercio ꝙ sicut in lingua sunt duo sensus scilȝ gustus ⁊ tactus q̄ formal'r distinguūtur ꝓpter diuersitatē ꝓportōnis nerui extensi ꝑ linguā. ⁊ tñ sunt vnus sensus subiecto. ꝓpter vnitatē nerui gusta

tim. ita imaginandū est de organo tactus per totū corpus. vñ si p totum corpus gustaremus sicut tangimus nihilominus gustus esset formaliter distinctus a tactu. Ita sil'r licet ille neruus sit extensus p totum corpus & vbiqз tangamus. tñ pter diuersitatē qualitatū tangibiliū que nō pñt ad vnū genus reduci tactus est formal'r plures sensus. Cuius hoc nō apparet. q2 iste portões sunt in vno neruo. Rō vero quare gustus nō fit in qlibet parte sicut tactus est. q2 sapores nō sunt qlitates elementorū ex quib9 pstat corpus aīalis. ideo nō tm ptinēt ad psistentiam aīalis. sicut qualitates tangibiles

Conclusio: tactus est vnus sensus materialiter & subiecto. sed est plures formal'r & fm rōnem. Primū pз. q2 tactus est i vno organo. ergo est vnus vnitate subiecti. Secūduз pbat. q2 potentie formal'r distinguūtur ex pte obiectoꝝ. g quilibet sensus hз vnū gen9 sensibilis sibi correspondens. Et cū in vno genere sit tm vna pma ptrarietas. vt dr nono metaphysice. seqtur q obiectū vnius sensus solū ptinet vnā pmaз ptrietatem. tñ pñt esse plures p subordinatōeз. vt in genere sube sunt plures subordinate vel etiā plures p accñs. vt in genere corpoꝝ. vt ptrarietas albi & nigri calidi frigidi. sed in genere tactus sunt plures pme ptrarietates nō reducibiles ad aliquā pmā. q2 ptrarietas calidi & frigidi nō reducitur ad ptrarietatē humidi & sicci nec ecōtra. g tact9 est plures sensus formaliter. Et cū dr in textu q subiectū ptrarietatū tāgibiliū nō est vnū. ibi capit' subiectū p genere qd pparat' ad suas drñas sicut potentia ad actū & nō p substātia q pprie est subiectū illaꝝ ptrarietatū. & sic soluitur prima questio.

¶ Sed p secūda sciēdū q caro vel aliqd pportionatū carni est cōnaturale mediū tactus & se hз sicut se haberet aer circūdās nos ad visum vel ad auditū si nobis esset pnaturalis. nā si ita esseз aer videret' esse organū illoꝝ sensuū cuius esset mediū. & sic hō videret' vno organo sentire colorē sonū & saporē. sed q2 illud mediū distinguit' a nobis. ideo manifestū est q nō est organū. sed sunt diuersa organa pdictoꝝ sensuū. Sil'r caro est nobis pnaturale mediū in tactu & nō organū Et nō valet dicere q tāgibili posito super carnē statim sentimus tangibile. Nā vt dr phs. si supra carnē extendat' aliqua pellicula tenuis statim cū tāgeret' sentiret' tangibile. & tñ nō pter hᵒ esseз organū tact9. ideo si tāgibile positū supra carnē statim sentiat' nō est signuз sufficiens q caro sit organū tact9. sed est mediū. & sic in tactu habem9 mediū itrinsecū & extrinsecū. Et si qrat' qre aer & aq q sꝫ mediū alioꝝ sensuū nō sꝫ nobis pnaturalia. sicut caro q est mediū gust9 & tact9. Rñdet phs q cā est. q2 oз corp9 aiatū eē firmū. sed aer & aq q sunt male terminabilia in seipis pter eoꝝ fluxibilitatē non sunt corpa firma. ideo ex ipsis puris non pt psistere corpus aīatū. sed corpus aīatū est mixtū ex qtuor elementis

Ad rōnes ante oppositū Ad primā pз solutio ex dictis

Ad secūdā dr. q licet alius sensus a tactu bene est pceptiu9 pluriū ptrarietatū subordinataꝝ vel quaꝝ vna est p se & alia p accñs. tñ nō pluriū ptrarietatum per se. sicut tactus est pceptiuus plurium ptrarietatū et p se ipsoꝝ tāgibiliū Ad terciā dr. q sunt tm qnqз sensus exteriores fm materialē distinctōem suoꝝ organoꝝ in eodem subiecto. sunt tñ plures fm formalē distinctionē que ex parte obiecti sumit'.

¶Dubitabit autem aliquis si omne corpus profundum habet. Hec autem est tercia magnitudo. quorū autē corporum mediuʒ est aliquod corpus nō ꝯtingit ipsa adinuiceʒ se tangere. Humidum aūt non est sine corpore neqꝫ humectū sed necesse aquam esse aut habere aquam. Que vero tangūtur ad inuiceʒ in aqua. nisi sicca extrema sint necesse est aquā habere medium quo repleta sunt vltima. si autem hoc verū impossibile est tangere aliquid aliud in aqua Eodem auteʒ modo est ⁊ in aere Similiter autem se habet aer ad ea q̄ sunt in ipso ⁊ aqua ad ea que in aqua. latet autē magis nos. sicut et que sunt in aqua animalia. si humectū tangit humectum Utrū igitur omniū similiter sit sensus. an aliorū aliter sicut nūc videtur. gustus quidē ⁊ tactus in tangendo. alij auteʒ a longe. hoc aūt non est. sed durum et molle ꝑ altera sentim⁹ sicut et sonabile ⁊ visibile et odorabile. sed alia quideʒ a longe alia vero a prope. propter quod latet. quoniam omnia q̄dem sentimus per medium. Sed in his latet: ⁊ quidem sicut diximus prius et per pellem sentiremus omnia tangibilia ignorato illo quoniam prohibet. similiter vtiqꝫ haberemus sicut et nunc et in aqua et in aere. putamus em̄ nunc ipsa tangere et nihil esse per medium. Sed differt tangibile a visibilibus et sonatiuis quoniam illa quidem sentimus ex eo ꝙ medium mouet aliquid nos. Tangibilia vero non a medio sed simul cum medio sicut per clipeum percussus. nō em̄ clipeus percussus prius percussit. sed simul accidit vtraqꝫ percuti: Omnino videtur caro et lingua sicut aer et aqua ad visum et auditum ⁊ olfactum se habent sicut se habent ad sensitiuum. sicut illorum vnūquodqꝫ. ipso auteʒ sensitiuo tacto neqꝫ ibi neqꝫ hic fiet vtiqꝫ sensus. vt si quis ponat corp⁹ album in oculo vltimum. Quare et manifestū ꝙ intus sit tāgibilis sensitiuū. sic em̄ vtiqꝫ accidet quod quidem in alijs Apposita em̄ super sensitiuū non sentiunt. super autē carneʒ posita sentiunt. quare medium tactui caro Tangibiles q̄dem igitur sunt differentie corporis ꝑm ꝙ corpus. Dico autem differentias quib⁹ elementa determinantur calidūʒ frigidum humidum siccum de quib⁹ prius dictum est in his q̄

de elementis. Sensitiuum aũt ipsarum quod tactiuum et in quo sensus vocatus tactus est primo ꝙ potentia huiusmo/di pars est. Sentire eñ pati quoddam est. quare faciẽs quale ipsum actu huiusmodi illud facit cum sit potentia. Unde similiter calidum ꝛ frigidum aut durum ꝛ molle nõ sentim⁹ sed excellentias tanq̃ꝫ sensu velut medietate quadam existente eius que in sensibilibꝫ ꝯtrarietatis. Et ꝓpter hoc discer/nũt sensitiua sensibilia. medium eñ discretum est. Fit eñ ad vtrũqꝫ ipsorum alterum vltimorũ. Et oportꝫ sicut debẽs sentire album ꝛ nigrum neutrũ ipsorum debere esse actu. potentia vero vtrũqꝫ. Sic aũt et in alijs. ꝛ in tactu neqꝫ calidũ neqꝫ frigidum. Amplius aũt sicut visibilis ꝛ inuisibilis erat q̃dammodo visus. Similiter autẽ ꝛ reliqui oppositorum. sic et tactus et tangibilis et intangibilis. Intangibile aũt par/uam omnino habẽs differẽtiam tangibilium. vt passus est aer. Et tangibilium excellentie sicut corruptiua. Scd̃m q̃dem igitur vnũquemqꝫ sensum dictũ est figuraliter.

Querit̃ vtrꝫ inter tangens ꝛ tactũ sit semꝑ medium. Arguit̃ ꝙ nõ. q꞉ sic sequeret̃ ꝙ in corꝑibꝫ tangibilibꝫ esset ꝓcessus in infinitum ꝯñs est falsum. Secũdo sic. dum aq̃ applicat̃ sensui tactus statim sentit̃ ꝙ inter ipam ꝛ tactũ nõ est mediũ extraneũ. Tercio sic. si corp⁹ duruꝫ et acutũ ponit̃ suꝑ carnẽ cũ tale sit penetratiuũ ipm penetrabit sine medio extraneo. ergo inter tangens ꝛ tactũ nõ semꝑ est medium. In oppositũ est philosophus in littera

Sciendũ ṗmo. ꝙ postq̃ꝫ phus ostendit ꝙ in sensatione tactus req̃rit̃ mediũ ꝯnaturale ꝛ intrinsecũ. ꝯñter phs inq̃rit qualiter in tactu reperit̃ mediũ extraneũ. Uñ licet tactus quõqꝫ fiat ꝑ mediũ extraneum vt cõtingit in alijs sensibus. tñ fit dr̃ñter ab ipsis. q꞉ sensibilia aliorꝫ sensuum a gustu ꝛ tactu sentiũtur ꝑ hoc ꝙ imutant ꝛ mouent mediũ. ꝛ mediũ mouet sensum. ꝛ sic in ipis mediũ ṗus imutat̃ q̃ꝫ sensus ṗus. scilꝫ ordine causalitatis. q꞉ imutatio medij causat imutatõem sensus. ꝓpter qd̃ mediũ extraneũ in eis nccãrio req̃rit̃. sed in tactu mediũ extraneũ nõ req̃rit̃ de ne/cessitate. sed bene per accidens vt in tactu vel quo ad bene esse vt in gustu

eo ꝙ ĩmutatio medij extranei nõ causat ĩmutatõnem tactus a tangibilibꝫ qđ ꝓbat pħs. qꝛ simul ĩmutanť sensus ⁊ mediũ. vt simul ꝑcutiũtur clipeꝰ et hñs clipeũ. vñ clipeus medians nõ est cã ꝑcussionis clipeati. sed magis impedit. Siľr in sensu gustus mediũ magis ĩpedit ĩmutatõez ꝗ̃ sit cã ipiꝰ

Sciendũ secũdo. ꝙ sicut aer ⁊ aqua hñt se actiue ad organũ visus ⁊ auditꝰ. ita se hꝫ caro ad organũ tactus. ⁊ est mediũ intraneũ. et sicut visibile positũ supra visum nõ videť sed qñ mediat aer in debita ꝗ̃titate. ita tangibile si ponať supra organuꝫ tactus. sed sentiť qñ poniť supra carnẽ. igiť caro non est organũ tactus sed est medium eius. sicut aer est medium in visu

Sciendũ tercio. ꝙ ꝯtrarietates tãgibiles sunt drñe corpoꝝ tangibiliũ. ⁊ sunt ꝑme drñe q̇bꝫ elementa distinguũtur ⁊ cũ alijs ꝯponũtur. ⁊ cũ aĩal ꝯponať ex elementis ⁊ q̃libet ꝑs eiꝰ. ideo oꝫ carnẽ includere istas ꝯtrarietates. ⁊ cũ mediũ debeat eẽ denudatũ a qualitatibꝫ sensibilibꝫ ƀm iliũ sensum. ideo est difficultas q̃liter mediãte carne sentiũtur ille ꝯtrarietates. Ubi est intelligendũ ꝙ ꝯtrarietates nõ sunt in mixto ƀm eẽ intẽsum eaꝝ. sed ƀm esse tꝑatum. ⁊ sic caro denudata est ab excellentijs illaruꝫ ꝯtrarietatũ. et qꝛ sic est denudata ideo est in potẽtia ad ipsas ⁊ patiť ab eis ideo licet caro ꝯplexioneť ex ꝯtrarietatibꝫ tangibilibꝫ. tñ est ꝯueniens medium in tactu. qꝛ denudať ab excellentijs illaꝝ ꝯtrarietatuꝫ. Et siľr dďm est de organo tactus qđ est ꝑs integralis aĩalis. illud em̃ organũ est in media ꝓportione ꝯtrarietatũ ꝑmaꝝ. et qꝛ mediũ ꝯtrariať extremis ⁊ patiť ⁊ ẽ in potentia respectu ipoꝝ vt tepidũ respectu calidi ⁊ frigidi. ideo organũ tactꝰ est in potentia ad excellentias ꝯtrarietatũ tangibiliũ. sed est denudatũ a tãgibilibꝫ ƀm illud esse quo ĩmutať ab ipsis. ⁊ est in medio tꝑamento ipoꝛuꝫ et qꝛ hõ ceteris aĩalibꝫ est melioris ꝯplexionis ⁊ ꝯtrarietates in ipo sꝫ magis tꝑate ⁊ reducte ad mediũ. ideo est melioris tactus

Sciendũ quarto ꝙ sensus tactus est ꝑceptiuꝰ coꝝ q̃ pñt saluare aut corrũpere aĩal. ideo necesse est organũ tactus esse diffusum ꝑ totum corpꝰ. est em̃ q̇dã neruꝰ diffusus ad modũ rethis ꝑ q̃libet ꝑtẽ aĩalis cooꝑtus carnibꝫ ⁊ pelle. ⁊ sicut mediante oculo visꝰ est ꝑceptiuus visibilis et non visibilis. ita mediante neruo tactiuo tactus est ꝑceptiuꝰ tangibilis ⁊ nõ tangibilis. et sicut nõ visibile dꝛ tripľr. ita nõ tangibile.

Conclusio ꝑma. inter oĩa corꝑa dura que se tãgũt in aere vel aqua est corpꝰ mediũ. Patꝫ ꝑmo de tãgibilibꝫ in aq̃. qꝛ talia corꝑa necessario sunt humectata in suis suꝑficiebꝫ. sed humiditas q̃ sunt humectata nõ est sine subiecto. sed est in aliquo corꝑe hñte talẽ humiditatẽ. g̃ inter illa corꝑa sicca mediat corpus hñs talẽ humiditatẽ. Secũdo pꝫ de aere. qꝛ sicut se hꝫ aqua ad corpora q̃ in ipsa se tangũt. ita corpora existentia in aere. g̃ sicut oĩa tangentia in aqua sunt humectata ꝑ aquã. ita ⁊ in aere. sꝫ hoc magis latet in aere ꝗ̃ in aqua ꝑmo. qꝛ ꝯtinue sumꝰ in aere. ideo nõ ꝑcipimus aerẽ. ita existentia in aqua nõ ꝑcipiũt aquã mediã existentẽ inter ipsa Secũdo qꝛ aer est magis subtilis ⁊ minus sensibilis ꝗ̃ aqua.

Conclusio inter tangens z tactum non semper de neces- sitate est corpus mediũ sed humida possunt sine medio se tangere. patz. qz solũ reqrit mediũ ad humectanduz corpa sicca. g si de se sint humida pñt se tãgere sine medio extrinseco Solũ em̃ inter corpa dura z sicca que male sunt terminabilia termino alieno requirit humidũ ꝓ medio qđ tamen de- bet esse in modica qͣtitate. Secũdo patet. qz elementa ꝭm suas qualita- tes agunt z patiunt. g imediate se tangunt. Ad primã z secũdã patet solutio ex dictis Ad terciã dicit q in extremitate alicui⁹ corpis est aliqs aer z in carne est humiditas. ideo corpus durũ z acutũ penetrans carnes pt imediate tangere ipam rõne sue humiditatis. sed si ambo essent corpo- ra dura z sicca requireret mediũ extraneum.

Portet autez vniuersaliter de omni sensu accipere. qm̃ sensus est susceptiuus specierum sine materia. vt cera a nuli sine ferro et auro recipit signum. Accipit ãt aureum aut eneum signũ. sed non inquantũ aurum aut es. Similiter au tem z sensus vniuscuiusqꝫ ab habente colorem aut humorez. aut sonum patitur. sed non inqͣtum vnumqđqꝫ illoꝝ dicitur sed inqͣtum hmõi et ꝭm rõnem. Sensitiuũ autem primũ in quo hmõi potentia. Est quidez igitur idem ꝭm rem. sed esse alterum est. Magnitudo quidem enim id quo sensus patit. Non tamen sensitiuũ esse. neqꝫ sensus magnitudo est. sed rõ quedam et potentia illius. Manifestum autem ex his. z ꝓ- pter quod sensibiliũ excellentie corrumpunt sensitiua. Si nãqꝫ sit fortior sensitiuo motus. soluitur ratio hoc aũt erat sen- sus sicut et symphonia z sonus percussus fortiter cordis. Et ꝓpter quid plante non sentiunt habentes quandam partem animalem. z patientes a tangibilibus. Et nãqꝫ frigescunt et calescunt Causa em̃ non habere medietatem. neqꝫ hmõi pn cipium possibile recipere species sensibilium. sed pati cũ ma teria. Dubitabit autem aliquis. si patiatur aliquid ab odo- re. quod impossibile est olfactum habere. aut a calore nõ pos sibile videre. similiter autem et in aliis. Si autem olfactibile

odor si aliquid facit olfactum. odor hoc facit. Quare impossibiliū olfactum habere nihil possibile pati ab odore. Eadem aūt ratio et in aliis. neq; possibilium. sed inq̄tum vnūquodq; sensitiuū. Simul aūt manifestum est et sic. neq; eñ lumen et tenebra. neq; sonus neq; odor nulluz facit incorporeum sensum. sed effectiuum in quibus est. vt aer qui cū tonitruo scindit lignū. Sed tangibilia et humores faciunt. Si eñ non a quo vtiq; patient̄ inaīata et alterabuntur. Ergo ne et illa faciunt. aut non omne corpus passiuum ab odore et sono et patientia indeterminata non manent. vt aer. Fetet eñ sicut patiens aliquid. Quid igitur est odorare preter pati aliquid. aut odorare sentire est. Aer aūt patiens hoc mox sensibilis fit

Queritur vtrū sensus sit susceptiuus specierū sine materia. Arguit̄ q̄ non quia sensus cognoscit rem singularem. sed res non pñt cognosci sine circūstantiis meterie. Ille aūt circūstantie sunt aliq̄d materie. ḡ sensus cognoscit cū materia. Secūdo sensibile etiā pōt imutare sensuz ꝑm esse intentionale. ḡ est ꝑm esse reale et materiale. Cōseq̄ntia tenet q2 maioris virtutis est imutare aliq̄d imaterialiter et spūaliter q̄z ꝑm esse reale et materialiter Tercio si scinderet̄ neruus tactiuꝰ hō plus lederet̄ q̄z si solū scinderet̄ caro. ḡ sensibile positū sup̄ sensū facit sensatōnē. et sic sensus nō ē receptiuus specierum sine materia.

In oppositū est phūs in littera. Sciendū primo q̄ postq̄z phs determīauit de ꝓprio sensibili cuiuslibet sensus in speciali. cōñter determinat de ipīs in cōmuni ponendo quedā generalia oībus sensibꝫ. et q2 sensus pōt ad duo compari scz ad obiectū et ad organū. Ideo sunt duo generalia cōmunia cuilibet sensui quorū primū sumit̄ ex ꝑte obiecti scz q̄ sensus sit susceptiuus specierū sine materia. Secūdū est ex ꝑte organi scz q̄ sensus sit eadem potentia cū suo organo dr̄ñs tñ ab eo ꝑm rōnez q2 est alia rō organi et alia potentie. Nā potētia ē forma et actꝰ organi. et organū est materia ipīus. vñ cum sensus cognoscit singularia materialia necessario indiget organo sibi ꝓportionato.

Sciendū secūdo q̄ organū consistit in quadam ꝓportione complexionis requisita ad hoc q̄ sensibilia ꝑcipiantur. et quia excellētia sensibiliū potest soluere illā ꝓportōnem qñ motus sensibilis fortior ē q̄z organū posset pati. ideo excellentia sensibiliū potest corrumpere organū sensus vt cum aliquis fortiter percutit cordas instrumenti soluitur melodia et symphonia que in quadam ꝓportione consistit. Ex dictis patet q̄ plan-

te non sentiunt licet habeant animã vegetatiuam ⁊ patiant̃ a tangibilibꝫ. Nam in ipis non est illa ꝓportio que requirit̃ ad organũ sensus. quia nõ habent medietatem complexionis inter tangibilia quã requirit organũ tactus sine qua media ꝓportõne nullus potest esse sensus. ideo plante non habent sensum patiunt̃ tamẽ a tangibilibus ſm naturalez transmutatõnem quia qualitates tangibiles in ipsis habent esse materiale sicut in elemẽtis. Etiam patiũtur a gustabilibus non inquantum gustabilia sed inquantum sunt tangentia.

Conclusio omnis sensus est receptiuus specierũ sine materia non tamen sine conditõnibus materie. Primũ patet. quia sicut cera recipit formã sigilli. ita sensus recipit formam sensibilis. sed cera recipit formã sigilli sine materia. puta sine auro vl' ere. ergo sensus recipit spẽs sensibiles sine materia rei sensibilis. Sc̃dm ꝓbat̃. q2 sens⁹ cognoscit rẽ singl'ariter. ergo cognoscit cũ ꝯditõibꝫ materie que sunt hic ⁊ nunc ⁊c̃. Et si arguatur ꝙ recipere formã sine materia agentis conuenit oĩ patienti. Nã omne patiens recipit aliquid ab agente inquantum est agens. sed agens agit ꝑ suam formam. ergo omne patiens recipit formam sine materia. vt aer recipit formã ab igne ⁊ non materiam. ergo non est ꝓprium sensus recipere formam sine materia. Dicendũ ꝙ licet om̃e patiens recipiat formã ab agẽte hoc tamen fit differenter. quia quedam recipiunt illam formã in esse reali. ⁊ ꝑ ꝯñs materialiter. quia in tali esse naturali sicut est in agente. Alia vero recipiunt intentionaliter tm̃. ⁊ illa dicũtur recipere formã sine materia q̃ non recipiunt eam sub tali esse materiali quo prefuit in agente. Ex dictis patet ꝙ sensibile positũ supra sensum non facit sensatõnem. quia cũ sensus recipiat species sensibiliũ sine materia requirit̃ mediũ in quo fiat spiritualisatio sensibil' ipi⁹ speciei. Est em̃ ymaginãdũ ꝙ species ipsius sensibilis est spiritualior in potencia quam in medio ⁊ in medio quam in obiecto.

Dubitat̃ vtrũ corpus non habens sensum possit pati a colore sono vel odore siue ab aliis sensibꝫ. Arguit̃ p̃mo ꝙ non q2 qđ patit̃ ab odore olfacit. q2 ꝓprium est olfactus olfacere s3 nõ habẽtia sensũ olfact⁹ nõ olfaciũt. ergo nõ patiũt̃ ab odore. Secũdo ar̃. lumẽ tenebra son⁹ ⁊ color nihil faciũt in corpe inaĩato nisi forte ꝑ accñs ꝓ q̃nto corpa hñtia illas q̃litates aliq̇d agũt sicut aer a tonitruo ꝓpter vehemẽtiã mot⁹ frãgit arbores et sic patiũt̃ a sono nõ ꝑ se s3 ab aere moto. Dc̃m ẽ p̃mo ſm textũ ꝙ corpora inaĩata patiũt̃ a tãgibilibꝫ ⁊ gustabilibꝫ inquantũ sũt q̃dã tãgibilia. ꝓbatur q2 nisi paterẽt̃ ab ipis nõ paterent̃ nec alterarẽt̃ a q̃cũq3 alio. q2 q̃litates tãgibiles sũt actiue ⁊ passiue ⁊ ipis mediãtibꝫ fit oĩs alteratio. Dicit̃ sc̃do ꝙ ab aliis sensibilibꝫ patiũtur quedã inaĩata nõ tamen oĩa sed aliq̃. s. aer ⁊ aqua que sunt humida ⁊ bene diuisibilia. Probat ph̃s quia aer quãdoq3 fetet. ergo patitur ab odore tñ nõ tm̃ patit̃ ab istis sicut a tangibilibꝫ q2 tangibilia sunt cause alioꝝ sensuũ. iõ plus hñt de ꝟtute actiua ⁊ possũt agere in q̃cũq3 corpa. Alia sũt mĩoris ꝟtutis. Jõ nõ pñt agere ĩ corpa nisi valde passibilia. Ad obiectõem dr̃ ꝙ nihil patit̃ ab odore passione q̃ dr̃ sensatio nisi habeat olfactũ nec illo mõ aer ab eo patit̃ s3 bñ aliq̇d non hñs sensum patit̃ ab odore passione corruptiua. ⁊ sil'r dicerẽt̃ de aliis.

Ad primã ⁊ ad secundã patet solutio ex dictis. Ad terciã dicit ꝙ in neruo tactiuo est caro coniuncta ꝑ quã fit sensatio ⁊ sine qua nõ fieret ta/men est maior lesio quãdo scindũt nerui ⁊ caro ꝙ̃ si scinderet caro tm̃ ⁊ nõ fit sensatio in illa parte in qua scinditur neruus ꝓpter realem p̄sentiam sensibilis sed in alia parte distanti.

Uod autem non sit sensus alius preter quinq;. Dico autem hos. visum auditum olfactum gustum tactum ex his credet aliquis. Si em̃ omnis cuius est sensus tactus et hunc sensum habemus. Omnes em̃ tangibiles inq̃tum tãgibiles passiones. tactu nobis sensibiles sunt. Necesseq; siquidem deficit aliquis sensus. ⁊ organũ aliquod nobis deficere. ⁊ quecunq; quidem ipsi tangentes sentimus tactu sensibilia sunt que existimus habentes. Quecunq; vero per media et non ipsa tangentes simplicibus Dico aũt vt aere ⁊ aq̃ habent aũt sic. vt siquidem per vnũ plura sensibilia existẽtia altera ab inuicem genere necesse habẽtẽ hmõi sensitiuũ vtrorũq; sensitiuũ esse. vt si ex aere est sensitiuũ et est aer medium soni ⁊ coloris. Si vero plura eiusdem sunt. vt coloris et aer et aqua. vtraq; em̃ dyaphana ⁊ qd alterũ ipoꝝ est habens solum. sentiet id qd per vtraq;. aut quod ab ambobꝫ. Simplicium aũt ex duobꝫ sensitiua solum sunt ex aere et aqua. Pupilla quidem em̃ aque auditus vero aeris. olfactus aũt hoꝝ alterius est. Ignis aũt nullius est. aut cõmunis omnibꝫ. Nihil em̃ sine calore sensitiuũ ẽ. Terra vero aut nullius est. aut in tactu maxime miscetur. vnde relinquitur nullum esse sensitiuũ extra aerem ⁊ aquã. Hec aũt ⁊ nunc quedam habent aĩalia. Omnes igitur sensus habentur a non impfectis. neq; orbatis. videtur em̃ talpa sub pelle habens oculos. Quare si non alterũ aliquod est corpus ⁊ passio que nullius ẽ eoꝝ que sunt hic corporũ neq; vnius vtiq; deficiet sensus. Atue-

ro neq3 cōium pt eē sensitiuū aliqđ ꝓpriū q̄ vno q̄q3 sensu sen timꝰ nō ꝑm accn̄s. vt motꝰ statꝰ figure magnitudinis nūeri vniꝰ. Hec em̄ oīa motu sentimꝰ. vt magnitudines motu. q̄re ⁊ figurā. Magnitudo em̄ q̄dā ⁊ figura est. q̄escēs aūt in eo q̄ nō mouet̄. Numerꝰ ꝟo negatōe ꝯtinui ⁊ ꝓprij. vnūq̄sq3 em̄ sentit sensus. Quare manifestū ē qm̄ impossibile esse cuiuslibet ꝓpriū sensum eē hoꝝ vt motꝰ. Sic em̄ erit sicut nūc visu dulce sentimꝰ. H aūt ē qm̄ āborū hn̄tes existimꝰ sensuȝ q̄ cū ꝯciderit ꝯgnoscimꝰ si ꝟo nō neq̄q3 vtiq3. s3 āt ꝑm accn̄s sentiebamꝰ vt cleonis filiū. nō q2 cleonis filiꝰ est. s3 qm̄ albet Huic aūt accidit filiꝰ cleonis eē. ꝯmuniū aūt habemꝰ iam sensuȝ cōem nō ꝑm accn̄s: nō igit̄ est ꝓpriꝰ. nequaq3 em̄ vtiq3 sentiremꝰ. s3 aut sic sic dictū est cleonis filiū non videre ad inuicē em̄ ꝓpria ꝑm accn̄s sentiūt sensus. nō ꝑm q̄ ipsi sunt sed ꝑm q̄ vnꝰ cū simul fiat sensus in eodē. vt colera q̄de3 amara et rubicūda. Nō em̄ alteriꝰ dicere q̄ ambo vnū ꝓpter qđ ⁊ decipit̄. qđ si sit rubicūdū colerā opinat̄ esse. Inq̄ret aūt aliq̄s cuiꝰ cā plures habemꝰ sensus. s3 ⁊ non solū vnū. aut q̄tenus minꝰ lateāt ꝯsequētia ⁊ cōia. vt motꝰ ⁊ magnitudo ⁊ numerꝰ Si em̄ ess3 visus solus ⁊ spēm albi. laterēt vtiq3 magis et viderent̄ eē idē oīa ꝓpter id q̄ ꝯsequūtur se ad inuicem sil' colo2 et magnitudo. Nūc āt qm̄ in aliquo sensibili cōia sunt manifestū facit q̄ aliud q̄dam vnūqđq3 ipoꝝ est

Querit̄ vtꝝ tm̄ sint quinq3 sensus exterio2es :sc3 visus auditus olfactus gustus et tactus. ☞ Arguitur ꝑmo q̄ non. quia sicut se habet intellectus ad intelligibilia ita sensus ad sensibilia. sed p2o omnibus intelligibilib3 tm̄ est vnus intellectus possibilis. ergo p2o omnib3 sensibilib3 tm̄ debet poni vnus sensus Secūdo sic. species non distinguuntur contra suum genus. sed gustus est quidam tactus. ergo non sunt q̄nq3 sensus Tercio sic. sensus est cognoscitiuus accidentiū. sed accidētia sunt plura q̄3 q̄nq3. ergo sunt plures sensus exterio2es q̄3 quinq3. quia sen/

sus per obiecta distinguūtur Quarto sic. diuersitas obiectorum per se variat potentias sed magnitudo ꝛ figura sunt q̄dam sensibilia ꝑ se etiam diuersa. q2 plus differūt ꝙ color ꝛ son⁹. ergo nō sunt tm̄ q̄nqꝫ sensus exteriores In oppositū est phus

¶Sciēdū p̄mo ꝙ postq̄ꝫ phus ostendit aliqua generalia oībꝫ sensibꝫ. ꝯsequēter inquirit numerū ipoꝝ sensuum. ostendendo ꝙ nō sint nisi q̄nqꝫ sensus exteriores. et h̄ incipit sanctus Thomas terciū librū de anima. vbi phus incipit inuestigare distinctionez intellectus a sensu. eo ꝙ antiqui dixerūt intellectū non distingui a sensu. Et dicit ꝙ apud grecos sic inuenitur intitulatus. Sed ſm Egidiū de roma et Albertū dicentes ꝙ in hoc secūdo agitur de sensu. ꝛ in tercio de intellectu incipit ibi terci⁹ Om̄ aūt duabꝫ differentijs. Sed moderni incipiūt ibi. De tempore aūt anime. Sed illa difficultas est modice virtutis nec multū ꝑquirenda

Conclusio p̄ma. in aīali ꝑfecto sunt omnes sensus particulares. q2 quod habet omnia organa requisita ad sentiendū omnia sensibilia habet omnes sensus. sicut habens organum ad sentiendū omnia tangibilia habet sensum tactus ꝛ econtra. sed animal ꝑfectum habet organa omnia requisita ad sentiendum om̄ia sensibilia. ergo in animali ꝑfecto stꝫ omnes sensus particulares. Minor probaẜ. nam om̄e sensibile vel est sensibile ꝑ mediū intraneū in tangendo. vt sunt qualitates tangibiles q̄ sunt differentie elemētoꝝ. ꝛ sic organū sensibiliū illoꝝ est in aīali ꝑfecto. Uel est sensibile per mediū extraneū. ꝛ sic sentieur ꝑ corpora simplicia que sunt aer et aqua. ꝛ tūc habēs organa de natura illoꝝ corpoꝝ potest sentire sensibilia que ꝑ illa media sentiūtur sed solum ex aqua vel aere potest esse organum sensus. vt pupilla est de natura aque. auditus vero est de natura aeris ꝛ olfactus est alterius hoꝝ. Ignis eīm nullius est organuꝫ aut est ꝯmunis omnibꝫ ꝑ quandam participatōem. q2 nihil sine calore sensitiuū est. terra etiaꝫ nullius est aut soluꝫ miscetur in tactu. ꝛ sic oīa sensibilia sunt sensibilia ꝑ aerem ꝛ aquā. sed in aīali perfecto sunt organa de natura aeris ꝛ aque. vt illa que predicta sunt. et ista sufficiūt ad sentiendū omnia sensibilia que cognoscūtur per medium intranenm et extraneū. ergo aīal perfectū habꝫ omnia organa requisita ad sentiendū. et sic potest sentire om̄ia sensibilia. ergo animal ꝑfectum habet omnes sensus. Et licet q̄dam animalia ꝑfecta q̄nqꝫ careant organo visus vel auditus hoc est per accidens. vt est in orbatis sicut sunt ceci vel surdi. Et licet talpa que est aīal ꝑfectum videaẜ carere oculis tamen habet oculos sub pelle vt habeat ꝑfectionem sui generis. sed quia habitat sub terra vbi non est lumen discoopertio oculoꝝ ipsarum esset superflua. idcirco ne ledanẜ a terra habēt cooperculum

Conclusio secūda. quinqꝫ sunt sensus exteriores. quia in aīali ꝑfecto sunt om̄es sensus exteriores. sed in eo non sunt nisi quinqꝫ sensus particulares. vt pꝫ ꝑ numeꝝ suoꝝ organoꝝ capiēdo tactū ꝓ vno sensu. ergo sunt tm̄ q̄nqꝫ sensus exteriores. Unde sufficiētia pt dari faciliter ex parte obiectoꝝ ꝛ ex pte organoꝝ medioꝝ ꝛ ex parte finiū illoꝝ sensuum

Dubitatur vtrū pro sensibilibꝫ cōmunibus que sunt ma

gnitudo numerus figura motus et quies oporteat ponere vnū particula-rem sensum illis ꝓportionatum Respondet ꝙ nō. qđ ꝓbat phus. qꝛ ꝓprium sensibile vnius sensus nō sentitur ab alio nisi per accidēs. vt visus per accidens percipit dulcedinē. ergo si esset vnus sensus ꝓprius sensibiliū ꝯmuniū nō sentiret ab alijs nisi ꝑ accidens. qđ est ꝯtra rōnē sensibilis cōis

Dubitat secūdo: quare habem⁹ plures sensus ꝛ nō vnū tm̄ Respondet phus ꝙ cā est. vt non lateat nos differētia sensibiliū cō-muniū a ꝓprijs. nam si vnico sensu sentiremus oīa sensibilia. vt si ꝑ vi-sum videremus magnitudinē ꝛ colorem nesciremus distinguere inter illa duo. ideo vt differentia sensibiliū esset nobis manifesta eo ꝙ ꝑ aliū sensū ꝑcipimus magnitudinē ab illo quo sentimus colorem. ideo oportuit ani-mal habere plures sensus

Ad rōnes ante oppositum Ad primā dicitur. ꝙ intellec-tus est īmaterialis ꝛ nō ꝑcipit suū obiectū nisi in esse vl'i. ideo vnus existēs pt habere ꝓportionē ad oīa intelligibilia. Sensus vero est potentia orga-nica ꝑcipiens suū obiectū in esse particulari. Et quia vnus sensus non po-test esse ꝓportionatus ad oīa sensibilia in esse particulari. cū habeat modos particulares distinctos. ꝛ vnus sensus nō percipit nisi ea que sunt ꝓportio-nata organo eius. ideo oportꝫ esse plures sensus Ad secūdā pꝫ solutio ex dictis Ad terciā dꝛ ꝙ nō oīa accidētia sunt ꝑ se sensibilia. sed sole cō-trarietates de tercia spē qualitatis a quib; alterantur sensus ꝛ etiā corꝑa ināīata Ad quartā dꝛ ꝙ illa sensibilia ꝯmunia nō alterant sensum ꝑ se ꝑmo sed solū rōne sensibilis ꝓprij ꝛ ꝑ alterū. ideo distinctio illoꝝ non facit distinctionem sensibilium.

Qm̄ aūt sentim⁹ qđ videm⁹ ꝛ audim⁹ necc̄e est aut visum sentire qꝛ videt aut altero. si āt altero aut ipo erit qꝛ videt. aut altero. Sed idē erit visus ꝛ subiecti coloris. quare aut duo eiusdē erūt. aut idē eiusdē Ampli⁹ aūt si alter sit visus sensus aut in infinitū ꝓcedet. aut aliqs ipe suipi⁹ erit iudex. q̄re in ꝑmo hoc faciēdū est. Hꝫ aūt dubitatiōem. si em̄ visu sentire videre est. videt aūt color aut hn̄s hūc si videbit aliqs qđ est vidēs. colorē hēbit ꝑmū vidēs. Manifestū est igit qm̄ nō est vnū oīno visu sentire. ꝛ nāq; cū nō videm⁹ visu discernim⁹ et tenebras ꝛ lumē. sed nō sil'r. Ampli⁹ aūt ꝛ vidēs tāq; colo-ratum sensitiuum em̄ susceptiuum est sensibilis sine materia vnumquodq;. Unde et abeuntibus sensibilibus insunt sensus et phantasie quibus sentiunt. Sensibilis autem

actus et sensus idem est et vnus. esse aũt ipsorum non idem
Dico autẽ vt sonus ſm actum ⁊ auditus ſm actum. Est em̃
auditum habentia non audire ⁊ habens sonum non semper
sonat. Cum autem operatur possibile audire. ⁊ sonet possi/
bile sonare. tunc ſm actum auditus simul fit ⁊ ſm actum so
nus. Quorum dicet vtiꝫ aliquis hoc quidẽ auditionem eẽ
hoc vero sonationẽ. Si igitur est motus ⁊ actio ⁊ passio in
eo quod agitur nccẽ est ⁊ sonum ⁊ auditum qui ſm actuꝫ in
eo quod est ſm potentiam esse. Actiui em̃ ⁊ motiui actus in
patiente fit. vñ non necesse est mouẽs moueri. Sonatiui q/
dem igitur actus aut sonus sonatio est Auditiui aũt aut au
ditus auditio est. Dupliciter em̃ auditus ⁊ dupliciter sonus
Eadẽ aũt rõ est ⁊ in alijs sensibꝰ ⁊ sensibilibꝰ. Sicut em̃ ac/
tio ⁊ passio in patiente. sed non in agente. sic ⁊ sensibilis ac/
tus ⁊ sensitiui in sensitiuo ẽ. Sed in quibusdam quidẽ ⁊ no/
minatum est. vt sonatio ⁊ auditio. In quibusdã aũt non no
minatum est sed alterum. visio em̃ dicitur visus actus. Que
vero est coloris nõ nominatũ est ⁊ gustatiui gustꝰ est humo
ris aũt non nominatũ est. Quoniã autẽ vnus quidẽ est actꝰ
sensibilis et sensitiui. esse autẽ alterum est. necesse simul cor/
rumpi ⁊ saluari sicut dictum auditum ⁊ sonum. Et humorẽ
igit̃ et gustum et alia similiter. Dicta autẽ ſm potentiam nõ
nccẽ est. Sed priores philosophi hoc nõ bene dicebant ni
hil opinantes neꝫ album neꝫ nigruꝫ esse sine visu. neꝫ hu
morem sine gustu. Sic quidem em̃ dicebant recte. si aũt nõ
recte. dupliciter em̃ dicto sensu et sensibili his quidem ſm
potentiam. illis vero ſm actum De his quidẽ accidit qđ dic
tum est. sed in alteris non accidit. Sed illi simpliciter dice/
bant de dictis non simpliciter Si autem symphonia vox
quedam est. vox autem et auditus est sicut vnum. et est sicut
non vnum aut idem. proportio autem est symphonia. ne/
cesse est et auditum rationem quandam esse. et propter id cor
rumpit vnumquodqꝫ excellens acutum et graue auditum. ⁊
in hũoribꝰ gustũ et in coloribꝰ visuꝫ fortit̃ fulgidũ et opacũ et
in olfactu fortis odor ⁊ dulcis ⁊ amarꝰ tãqꝫ rõ q̃dã sit sensus
vñ et delectablia q̃dẽ sunt dum dicũtur sincera ⁊ mixta entia

De anima.

ad rationem vt acutum aut dulce aut salitum. Delectabilia enim tunc omnino autem magis ꝙ mixtū est symphonia ꝙ̄ acutum ⁊ graue. Tactus autem calefactibile ⁊ figurabile s₃ sensus ratio est excellentia autem contristant aut corrumpūt Unusquisq₃ quidem igitur sensus subiecti sensibile est qui ē in sensitiuo inq̄ꝫtum sensitiuū ⁊ discernit subiecti sensibilis differentias. vt album quidem ⁊ nigrum visus. dulce vero et amarum gustus. Similiter autem se habet hoc ⁊ in alijs Quoniā autē album ⁊ dulce ⁊ vnumquodq₃ sensibiliū vnūquodq₃ discernimus quodam ⁊ sentimus quia differunt necesse igitur sensu. sensibilia enim sunt quare ⁊ manifestū q̄m caro non est vltimum sensitiuū. Necesse esset enim tangens ipsum discernens discernere.

Queritur vtrū sensus praticulares percipiant suas actiones. Arguit̄ ꝙ sic. q₂ visu ꝑcipimus nos videre ⁊ auditu audire ⁊ sic de alijs. ergo sensus particulares percipiunt suas actōnes. Añs patet. q̄a vel eodem sensu quo videmus colorem videmus nos videre vel alio si eodez habetur intentum si alio tunc illo alio videmus nostram visionem ⁊ cum nihil videatur nisi color seq̄tur ꝙ eiusdē sensibilis erunt duo sensus qđ est falsum. Item si alio sensu ꝑcipimus colorem et nostram visionem tunc ꝑcipimus illius actionem per eūdem sensum vel per aliū si eundē. g̃ ita dicēdum erat de primo si alio tunc querit̄ de illo alio ⁊ sic eēt ꝓcessus in infinitū

In oppositum Arguit̄ q₂ nihil videtur nisi color vel coloratum. sed visio non est color vel coloratum. ergo visu quo videmus colorem non videmus visionem.

Pro responsione sciendū primo ꝙ postq̄ꝫ phūs tractauit de sensibus exteriorib₉. Hic ꝯñter determiat de sensib₉ interiorib₉. ⁊ primo de sensu cōmuni cui⁹ inuestigat naturam per duas opatōnes que sunt in nobis ⁊ non possunt esse a sensu particulari. Prima est quia ꝑcipim⁹ actōnes sensuū ꝑticulariū ꝑ aliquē sensum. Secūda est q₂ ponimus ꝑ sensū conuenientiam ⁊ differentiam inter sensibilia diuersoꝝ sensuū ꝑticularium Et primo inuestigat sensum cōmunē ex parte prime opatōnis de qua querit questio vtrū possit ꝯuenire sensui ꝑticulari aut ꝓpter ipam sit ponend⁹ sensus cōmunis.

Sciendum secundo ꝙ actio visus et cuiuslibet sensus ꝑticularis potest dupliciter cōsiderari. Uno modo ꝓut consistit in imutatōe organi a sensibili exteriori. ⁊ sic a visu non ꝑcipit̄ nisi color. ⁊ ista actōne vi₃

sus non videt se videre. Alio modo inq̄ꝫtum post imutatōnem organi iudicat de receptōne sensibilis ꝛ de imutatōne sensus etiā abeunte sensibili et isto modo visus non solū sentit colorem. sed etiā visionem coloris ꝛ pcipit se videre cū visus hoc mō capiatur ꝑ sensu cōmuni qui ꝭm ꝙ imutatꝛ ab actōnibus sensuum particulariū ꝛ inq̄ꝫtum pcipit colorem vel visionē vocatur visus ꝛ inq̄ꝫtuꝫ pcipit auditū vocatꝛ auditus. vnde sensus cōmunis respectu particulariū est sicut centrū circuli qđ est terminus cuiuslibet linee ꝓcedentis ab eo ad circūferentiam Ex quo patet ꝙ color ꝛ vnumqđq꜡ sensibile habet duplex esse. Unū materiale in re sensibili ꝭm ꝙ pcipitur mediantibꝫ speciebus a sensu particulari. Aliud est spūale sub quo pcipitꝛ a sensu cōmuni. quia eadem specie qua imutatꝛ sensus particularis imutatꝛ sensus cōmunis.

Sciendū tercio ꝙ vidēs in actu est similis colorato et sic potentia que videt aliquē esse videnteꝫ non est extra genus potentie visiue ꝛ ꝙ videns sit coloratum. Patet. qꝛ vt dictū est prius organū sensus denudatū ē a speciebꝫ sensibilibꝫ illius sensus dictū est etiā ꝙ organū sensꝰ ē organū eū receptiuū specieꝝ sensibiliū illius sensus sine materia quare abeuntibus sensibilibꝫ fiunt in nobis sensibiles apparitōnes ꝭm quas aliq̄ modo sentimus inq̄ꝫtum ergo visus habet similitudinem coloris dicitur aliquo modo coloratū. ꝛ similiter de alijs sensibus.

Sciendum quarto ꝙ non solum videns dicitꝛ coloratuꝫ sed etiā actꝰ eiꝰ q̄ est vnꝰ ꝛ idē cū visibili in actu q̄uis differāt ꝭm esse ꝛ rōnē. vt dꝛ in textu. sicut ē idem sonꝰ in actu q̄ dꝛ sonatio. ꝛ auditꝰ in actu q̄ dꝛ auditꝰ q̄uis rōne differāt. Nā vt dꝛ tercio physicoꝝ. Motus actio et passio sunt sīl in patiente ꝛ mobili. iō cū auditus patitꝛ a sono oportꝫ ꝙ sonatio q̄ est actus sonatiui. ꝛ auditus q̄ ē actus auditiui sint in organo auditꝰ qꝛ actus actiui ꝛ mobilis sunt in patiēte disposito ꝛ nō in agente q̄re nō est necesse om̄e mouēs moueri. iō sicut actio ꝛ passio sunt vnus motus subiecto ꝛ drūt rōne ꝑ hoc qđ est actus huiꝰ vt ab hoc ꝛ huiꝰ vt in hoc. ita ē idē actus sensibilis ꝛ sentientis drñs rōne tm̄. ꝛ vt dꝛ in textu in aliquibꝫ sensibus vterq꜡ actus est noīatus vt sonatio ꝛ auditio ꝛ in aliq̄bus tm̄ vnus est noīatus vt actus visus dꝛ visio ꝛ actus coloris est inominatus

Conclusio prima nullus sensus particularis potest percipere suā actōnē. ptꝫ. qꝛ nulla ꝟtus materialis ꝛ organica pt agere in seipaꝫ nec pt hr̄e sup̄ se reflectōem. sꝫ sensus pticularis ē hmōi. g̃ nō pt cognoscere seipm neq꜡ suā actōem. Maior pꝫ. qꝛ si ꝟtus materialis sup̄ se reflectitꝛ ꝭm totū. ita ꝙ q̄libet ps sup̄ quālibet ptē tūc totū poneretꝛ in minima particula vł in pūcto vł si vna ps reflecteretꝛ sup̄ aliā tūc nō esset reflectio ciuidē supra se. g̃ ꝯclusio vera.

Conclusio secūda sensus cōmunis pt pcipe actōnes sensuū pticularuū. patꝫ. qꝛ sic se hꝫ centrū circuli ad circūferētiā. ita sensus cōis ad sensus pticulares. sꝫ nihil pt moueri ad centrū circuli ab extra nisi trāseundo circūferētiā eiꝰ. g̃ nullū sensibile ꝑuenit ad sensū cōem nisi mediante sensu pticulari q̄ mediat inter sensibile ꝛ sensū cōem. g̃ sic sensus exterior reducitꝛ ad actuꝫ ꝑ suū obiectū imutās ipm Jta ꝛ sensus cōis fit in actu ꝑ

sensũ ꝑticularẽ actuatũ ꝑ ꝑrimũ sensibile ei⁹. ğ sensus cõis hꝫ iudicare de actionbꝫ sensuũ particularium.

Dubitatur primo vtrũ sensus et sensibile simul sint vel nõ Respõdet ꝙ sens⁹ ĩ actu ꝛ sensibile in actu sit sũt. qꝛ ipoꝝ est idem actus drñs ſm esse. ſꝫ sensus in potẽtia nõ sit est cũ sensibili in actu. qa vnũ pt esse sine alio. Jnde decepti fuerũt antiq̃ q̃ nõ distinguebãt inter sensibile ĩ actu et sensibile ĩ potẽtia. ſꝫ tm̃ capiebãt sensibile ꝛ sensũ in actu dicẽtes nihil eẽ albũ vel nigrũ nisi qđ videt albũ vel nigrũ ꝛ ponebãt eẽ rei in apparẽtia tm̃ et ꝙ om̃e qđ apparet eẽ veꝝ ꝛ sic cõcedebãt duo ꝯdictoria sil eẽ ꝟa.

Dubitat secũdo q̃re q̃dã sensibilia corrũpũt et contristant sensũ q̃dã ꝟo delectãt. Causa ẽ qꝛ organũ sensus ꝯsistit ĩ q̃dã armonia ꝛ ꝓportõne media suoꝝ sensibiliũ ſꝫ excellentie sensibiliũ excedẽtes illã armoniã sens⁹ dissoluũt ipaꝫ ꝛ sic tristabilia qñꝫ ꝟo nõ excedũt illã ꝓportõeꝫ mediam ꝛ sic delectãt sensũ. Rõnes añ oppositũ soluunt ex dictis

Neqꝫ vtiqꝫ in sepatis ꝯtingit discernere ꝙ alteꝝ sit dulce ab albo. ſꝫ oportꝫ aliq̃ vno vtraqꝫ manifesta eẽ. Sicut em̃ ꝛ hoc q̃dẽ ego illud ãt tu sentis. Manifestũ vtiqꝫ erit. qm̃ altera ad inuicẽ sunt. oportet aũt vnũ differentie qm̃ alterũ. Alteꝝ em̃ dulce ab albo. dicit ergo idẽ. quare sicut dicit. sic et intelligit et sentit. Q̃ q̃dẽ igit nõ possibile sepatis iudicare sepata palã

Querit vtꝝ ad discernẽdũ sensibilia diuersoꝝ sensuum sit ponendus sensus cõis. Ar. ꝙ nõ qꝛ sensibilia diuersoꝝ sensuũ sufficienter distinguũt ꝛ cognoscũt a diuersis sensibꝫ. ğ ad cognoscendũ drãs eoꝝ non oportet ponere distinctã potentiã a sensibus ꝑticularibꝫ. Añs pꝫ inductiue qꝛ per visum sufficienter discernim⁹ drãs visibiliũ vt albũ ꝛ nigrũ ꝛ sic de alijs. Scđo sensibilia diuersoꝝ sensuũ sufficiẽter abinuicẽ distinguũt ꝑ intellectũ. ğ nõ est necesse ponere sensũ cõmunẽ ad discernẽdũ illa sensibilia abinuicẽ. Tercio nõ possum⁹ discernere sensibilia diuersoꝝ sensuuꝫ nisi cõponendo ꝛ diuidendo. sed sensus nõ cõponit neqꝫ diuidit. igit ꝛc̃.

Quarto impossibile est idem in tpe eodẽ moueri diuersis motibꝫ. ſꝫ sensus mouet a sensibili ꝛ ꝯtraria sensibilia mouẽt cõtrarijs motibus. ğ impossibile est qđ idem simul cognoscat contraria ꝛ diuersa sensibilia. ğ non potest iudicare differentias eoꝝ.

Jn oppositũ ẽ phs in lr̃a Sciẽdũ ꝙ postq̃ꝫ. p. inq̃siuit sensum cõmunem ex illa operatõne que est percipere ĩmutatõnes sensuũ particularũ ꝯñter inquirit ipsum ꝑ aliam operationem que est discernere sensibilia diuersorum sensuum abinuicem per quam operatõnem oñdit esse vna potẽtia cõis ad oẽs sensus ꝑticulares.

Sciendum secũdo ꝙ quilibet sensus particularis est vnius obiecti ad cognoscendum differentias. Jđo ad discernẽdũ inter sensibilia eiusdẽ sens⁹ nõ req̃rit ali⁹ sens⁹ a ꝑticularibꝫ ſꝫ sens⁹ ꝑticularis nõ põt

discernere conuenientiā ⁊ differentiā inter sensibilia diuersoꝝ sensuum. q꞉ potentia inter aliqua discernens necessario ambo cognoscit quare oportȝ ꝙ discernant̄ ꝑ aliā potentiā a sensu ꝑticulari. Nec sufficit potētia intellectiua q꞉ cognoscimus differentias albi ⁊ dulcis nō solum quo ad quid ē qđ fit ꝑ intellectum. sed etiā ꝑ diuersas imutatōnes sensus qđ nō fit nisi per sensum.

Sciendum secundo ꝙ illud iudicans et discernens sensibilia diuersoꝝ sensuū est vnū subiecto sed rōne drn̄s. vn̄ ꝫm ꝙ est diuisibile ⁊ alterum sentit diuersa ⁊ nō inq̄ꝫtum vnum ⁊ ꝑ hoc potest solui vltima ratio ante oppositū. hāc tamen solutōnem non tenet pħs q꞉ licet idem subiecto et diuersum rōne possit habere cōtraria ꝫm potentiam nō tamē ꝫm actū. Non em̄ est possibile idem indiuisibile simul esse album ⁊ nigrū. nec simul pati a speciebꝫ ꝯtrarioꝝ sensibiliū Ideo aliter dicit pħs ꝙ sensus cōmunis est tanq̄ꝫ terminus sensuū ꝑticulariū ⁊ est simile de puncto in centro circuli quia sicut ille punctus est vnus subiecto ⁊ plures rōne vt est terminus diuersaꝝ lineaꝝ que ꝓcedunt ad circūferentiam. Ita vis sensitiua q̄ est radix sentiendi ⁊ diffundit̄ ad organa quinq̄ꝫ sensuū ꝑticulariū est vna ꝫm rem ⁊ plures rōne Illa igitur vis pōt cōsiderari dupliciter. Uno mō vt est terminus oīm imutatōnū sensuū ꝑticulariū. Alio mō vt est terminus imutatōnis huiꝰ sensus ⁊ illius inq̄ꝫtum scȝ vtimur illo ṗncipio quasi vno termino ꝓ duobꝫ ⁊ hoc modo sensus cōmunis iudicat illa que sunt sepata ⁊ potest plura simul cognoscere inq̄ꝫtum illa vis accipit̄ vt terminꝰ diuersaꝝ imutatōnū sensibiliū ⁊ potest iudicare differentiam vnius ad alterū inq̄ꝫtum est vna.

Sciendum tercio ꝙ licet sensus cōmunis imutat̄ a sensu particulari non tamen ꝓpter hoc sensus particularis est nobilior sensu cōmuni licet mouens sit nobilius motu sic nec sensibile exterius est simpliciter nobilius sensu particulari licet moueat ip̄m est tamē nobilius ꝫm q̇d inq̄ꝫtum est actu illud ad qđ sensus est in potentia vnde sensus particularis simpliciter est nobilior sensibili exteriori ꝓpter virtutem sensitiuā quaȝ habet similiter sensus cōmunis est nobilior sensu particulari. quia nobiliori modo recipit species sensibiles q̄ꝫ sensus particularis. q꞉ virtus sensitiua in sensu cōmuni ē vnita vt in radice. vnde sensus particularis habȝ discernere inter ꝯtraria sui obiecti inq̄ꝫtum aliq̇d ꝑticipat de virtute sensus cōmunis. quia sensus particularis est terminus imutationū que fiunt ꝑ mediū a ꝯtrarijs sensibꝫ ⁊ vltimuȝ iudiciū ꝑtinet ad sensum cōmunē licet sensus particularis vt imutans ꝫm quid sit sensu cōmuni dignior.

Conclusio ad discernendum sensibilia diuersorum sensuum necesse est ponere sensum cōmunē. patet. quia nos ponimus conuenientiam ⁊ differentiam inter sensibilia diuersoꝝ sensuū etiam inq̄ꝫtum sensibilia sunt ⁊ non solum per intellectū. sed hoc non fit per sensum particularē quia vel hoc fieret vno sensu vel multis. Non vno quia ꝑ vnū sensum cognoscimus illa que cadunt sub vno obiecto. sed ponens cōuenientiaȝ ⁊ differentiam inter aliqua duo necessario ambo cognoscit. Nec diuersis quia simile esset si diceret̄ ꝙ oculo sentiremus album ⁊ gustu dulce. sed nullus

De anima

istoꝝ discernit inter albũ ꝛ dulce nec vnꝰ dicit albũ esse alterꝫ a dulcecum vtrũqꝫ nõ ꝯgnoscat. ꝑ pter sensus ꝑticulares necce ẽ ponere sensũ ꝯmunẽ.

Conclusio secunda sicut nõ fit iudiciũ diuersoꝝ sensibiliũ diuersis sensibus. ita nõ fit iudiciũ diuersoꝝ sensibiliũ cognitoꝝ in diuersis tꝑibꝫ q̃ ad drãm ꝛ ꝯueniẽtiã. ſꝫ opoꝛtꝫ illa eodẽ tꝑe cognosci. pꝫ. qꝛ tũc pri us cognoscerẽmꝰ vnũ puta albũ ꝛ postea alterũ puta dulce. ſꝫ hꝰ nõ pt esse qꝛ nullꝰ põt iudicare ꝑ sensuꝫ aliq̃ eẽ diuersa nisi ambo cognoscat ꝓ illo in stãti in q̃ iudicat vnũ differre ab alio. qꝛ non pt illud iudicare nisi ꝯꝑet ipa ad inuicẽ. ꝑ sicut opoꝛtꝫ ꝑ eãdẽ potẽtiã vtrãqꝫ cognoscere. ita oꝫ in eodem tꝑe illa cognoscere ad hꝰ ꝙ possit iudicare ꝙ inter se distinguant.

Ad rõnes añ oppositũ Ad primã dicit ꝙ licet a diuersis sensibꝫ exterioꝛibꝫ cognoscãtur diuersa sensibilia ꝓpria nõ tñ possumꝰ po nere drãm ꝛ ꝯueniẽtiã inter diuersa sensibilia nisi eadẽ potẽtia cognoscãt.

Ad scđam dr̃ ꝙ ꝑ intellectũ cognoscũt sensibilia q̃tũ ad q̃d est ꝛ poni mus inter ipa ꝯueniẽtiã ꝛ drãm cõponẽdo ꝛ diuidẽdo ſꝫ q̃ ad diuersam ĩ mutatõem sensus cognoscimꝰ ea ꝑ sensũ Ad terciã dr̃ ꝙ sensus nõ cõ ponit vel diuidit ꝑdicãdo vel negãdo sicut intellectus ſꝫ apphẽdẽdo vni onẽ vel diuisionẽ plurium adinuicem. Ad q̃rtã patuit solutõ ex dictis Põt tñ dici ꝙ sensibilia q̃ sũt ꝯria in esse reali nõ pñt eẽ ĩ eodẽ ſm actũ sub illo esse tñ ſm esse intentõnale pñt esse in eodẽ nec illo mõ ꝯtrariant. qꝛ in tentõnes non contrariant.

Quod aũt neqꝫ in sepato tempoꝛe hinc. Sicut em̃ idem di cit ꝙ alterum bonũ ꝛ malũ. sic ꝛ qñ alterũ dicit qm̃ alterum tunc et alterum. non ſm accidẽs ipm qñ. Dico ãt puta nunc dico qm̃ alterũ nõ tñ qm̃ nũc alterum. ſꝫ sic dicit ꝛ nũc ꝛ qm̃ nũc silr ergo. Quare insepabile ꝛ in insepabili tꝑe. Atuero im possibile est silr ſm cõtrarios motos moueri idẽ aũt indiuisi bile ꝛ in indiuisibili tꝑe. si em̃ dulce sit mouet sensum aut in tellectũ. amarũ ãt cõtrarie. ꝛ albũ aliter. Ergo simul quidem et numero indiuisibile ꝛ insepabile quod iudicat ſm esse aut sepatum. Est igitur quodãmodo diuisibile quod diuisa sen tit. est autem quod indiuisibile ſm esse quidem enim diuisi bile. loco autem ꝛ numero indiuisibile. aut non possibile. po tentia quidem enim ꝛ indiuisibile contraria. ſm esse autem non. sed in operari diuisibile et impossibile est ꝛ album et ni grum esse simul. Quare neqꝫ species pati ipsoꝛũ si hmõi est

sensus et intelligentia. Sed sicut quod vocant quidam pun ctum aut vnum aut duo sic et indiuisibile. Scd̃m quod qui dem igitur indiuisibile vnum discernens est et simul. Fm ve ro ꝙ diuisibile. bis vtitur eodem signo simul. Inq̃ztum qui/ dem igitur pro duobus vtitur tercio. duo indicāt. et sepata sunt vt insepato Inq̃ztũ vero vnũ vno ⁊ simul. De principio quidem igitur fm ꝙ dicimus possimus sentire animal de/ terminatum sit hoc modo.

Queritur vtrũ preter quinqꝫ sensus exteriores in aĩalibꝫ perfectis sint quattuor interiores. scz sensus cõmunis ymaginatiua siue fantasia estimatiua ⁊ memoria Arguit̃ ꝙ nõ. q2 cõmune nõ distinguit̃ ɔtra ꝓpriũ. g̊ sensus cõis nõ dz enumerari inter potentias sensitiuas p̃ter sensus exteriores. Secũdo fantasiatũ est memoratũ sunt passiones pri mi sensitiui scz sensus cõis sed passio nõ distinguit̃ cõtra suũ subiectũ. ergo fãtasia ⁊ memoria nõ distinguũtur a sensu cõi Tercio Intellectus mi/ nus dependet a sensu q̃z q̃cũqꝫ potentia sensitiua. sed intellectus nihil cog noscit nisi accipiendo a sensu. g̊ multominus debet poni potentia sensitiua interior ad percipiendũ intentiones nõ sensatas que vocat̃ estimatiua.

Quarto actus cogitatiue qui est componere ⁊ diuidere ⁊ actus remi/ niscentie qui est discursus ad reminiscendũ de p̃teritis differũt ab actu esti matiue ⁊ memorie sicut actus estimatiue ab actu fantasie. sed cogitatiua ⁊ reminiscentia non sunt potẽtie diuise ab estimatiua ⁊ memoria. g̊ similiter estimatiua ⁊ memoria nõ erunt abinuicem distincte.

In oppositũ Arguit̃ per Auicennã in sexto qui predictas quinqꝫ poten tis enumerat.

Pro responsione sciendũ ꝙ postq̃z visum est de necessita te ponendi sensum cõmunem. Hic consequenter videndum est de distinc tione eius ab aliis potentiis sensitiuis interioribus. vnde q̃a natura non deficit in necessariis neqꝫ habundat in superfluis ⁊ ad vitam animalis per fecti requiritur ꝙ non solum apprehendat rem in presentia sensibilis sed etiam in absentia eius. Alias enim cum motus animalis sequatur appre/ hensionem non moueretur ad querendum aliquod absens. Cuius cõtra rium videtur in animalibus perfectis cum moueatur ad prosequendũ ali quod absens. Ideo animal non solum cognoscit sensibile presens dum pre sens est vel dum presentialiter imutatur sed etiam speciem sensibilis reti/ net et conseruat.

Sciendum secundo ꝙ bene retinere et bene recipere in organis corporalibus diuersa principia consequuntur. Nan humida be/ ne recipiunt sed male retinent ⁊ econtra est de siccis cum ergo potentia sen

De anima

sitiua sit actus organi corporalis oportet ꝙ sit alia potentia que retineat
species sensibilium ⁊ alia que conseruet. vnde ad recipiendum ipsas ordi/
nantur sensus proprij et sensus cōmunis. Sed ad cōseruandum illas spe/
cies ordinatur fantasia siue ymaginatiua que est sicut thesaurus forma/
rum acceptarum per sensum cōmunem. Ideo sensus cōmunis ponitur
in prima parte capitis vbi congregantur nerui sensitiui omnium sensuum
exteriorum ⁊ est quasi centrum omnium sensuum ⁊ in propinquiori eius
parte est fantasia siue ymaginatiua vel ymaginatio que aliquādo vocatur
potentia formalis q̄a retinet formas ⁊ figuras sensibiliū.

Sciendū tercio ꝙ animal perfectū non solum mouet̄ ad
ꝓsequendū delectabile ꝫm sensum ⁊ ad fugiendū tristabile. sed etiā moue
tur ad ꝓseq̄uēdū vel fugiendum propter alias vtilitates. sicut auis colli/
git paleam non quia delectet sensuȝ sed quia vtilis est ad nidificandum ⁊
ouis fugit lupum non propter indecentiam coloris vel figure sed illū ap/
prehendit inimicum nature sue. ergo necessarium est animali perfecto ꝙ
¶ Et si queratur que sit ratio huius. Respondetur ꝙ potentia cognitiua debet proportionari suo cognoscibili. ideo obiectum intellectus angelici qui est totaliter separatus est substantia intelligibilis totaliter a corpore separata. sed obiectum proprium intellectus humani qui est corpori ꝯiunctus est quidditas rei materialis existens ꝫm suum esse in materia particulari. ideo natura rei particularis non potest complete cognosci nisi cognoscatur ꝫm ꝙ est in particulari existens. sed in illo esse apprehenditur per sensum et imaginationem. ideo vt intellectus intelligat ꝓpriuz obiectū ꝫm suum esse reale indiget ꝯuersione ad fantasmata

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur. ꝙ species reseruate in intellectu possibili post actum intelligendi soluz remanēt in habitu. ideo non sufficiūt ad actum intelligendi. sed oportet ꝙ intellect⁹ vtatur specie intelligibili ꝫm ꝙ cōuenit rei cuius est species que est natura existens in particulari. ideo requiritur ꝯuersio ad fantasmata vt intellect⁹ reducatur ad actum ꝯpletum. Ad secūdam dicitur ꝙ fantasma est similitudo rei particularis. ideo imaginatio nō indiget alia similitudine particulari. sed species intelligibilis que est in intellectu non est similitudo rēi particularis sed vniuersalis. ideo intellectus indiget fantasmate. Ad terciam dicitur ꝙ incorporea quorum non sunt fantasmata cognoscūtur a nobis per comparationem ad corpora sensibilia que sunt effectus eorum et illorum sensibilium habemus fantasmata. ideo intelligendo res immateriales necesse est intellectum se ꝯuertere ad fantasmata rerū corporalium

Primi aūt intellectus quidē differrent vt nō fantasmata sint. aut neqꝫ alij fantasmata. sed nō sine fantasmatib⁹

Querit̄. vtrū intellectus noster possit intelligere singula/

De anima

ria ☞ Arguit q sic. qz cognoscens aliquã ↄpositõem cognoscit extre
ma eius. sed intellectus cognoscit hãc ↄpositõnem sortes est hõ. ergo cog
noscit hoc singulare qđ est sortes. Secũdo arguit. intellectus practic⁹
dirigit ad operandũ. sed actus sunt circa singularia. ergo cognoscit singu-
laria Tercio intellectus seipm intelligit ꝛ est quoddã singulare igit ꝛc
Quarto sic. quicquid pt virtus inferior pt virtus superior ꝛ cum hoc
plus. sed sensus cognoscit singulare. a fortiori intellectus ipm cognoscit
¶ In oppositũ arguit. qz intellectus noster nõ intelligit nisi ꝑ abstractiõez
a fantasmatibꝫ. sed hoc est intelligere vl'e ğ ꝛc

Pro responsione sciendũ pmo q postq̃ phs determina
uit de sensu ꝛ intellectu. ↄsequenter ex dictis ↄcludit quid sit sentiendũ de
anima. primo ostendens q natura aĩe est quodãmodo omnia. nam oĩa
que sunt aut sunt sensibilia aut intelligibilia. sed aĩa est quodãmõ oĩa itelli
gibilia ꝑ intellectũ. ꝛ oĩa sensibilia ꝑ sensuz alit tñ q̃ antiq posuerũt Nã aĩa
nõ est ipse res sensibiles. sicut Empe. posuit. q terrã terra cognoscimus ꝛ
sic de alijs Vñ ↄtra hoc dicit textus q lapis nõ est in aĩa sed spẽs lapidis
ꝑ hoc volens habere q intellectus in actu est intellectũ in actu ꝓ q̃to intelle
ctũ in actu est in intellectu per suã spẽm. et similiter diceret de sensu ꝛ sensi
bili Ex quo infert phus q anima similatur manui que est organũ organo
rum. et datur homini loco omniũ organoꝝ que data sunt alijs aĩalibꝫ. scilz
ad defensionẽ impugnatõem ꝛ cooperimentũ ꝛcĳs. Similiter aĩa est da-
ta homini loco omniũ formaꝝ. vt homo sit quodãmodo omne ens pro
q̃to per animã est quodãmodo omnia. qz anima est receptiua omniũ for-
marũ. scz intelligibiliũ ꝑ intellectũ. ꝛ sensibiliũ ꝑ sensum.

Conclusio. in materialibꝫ intellectus noster non cogno
scit singulare primo ꝛ directe. sed bene reflexe. Primũ patz qz intellect⁹ no
ster intelligit abstrahendo spẽm intelligibilem a materia. vt supra patuit
et quod sic abstrahitur est vniuersale. Et quia in materialibꝫ principiũ sin-
gularitatis est materia signata. ergo intellectus noster cognoscit directe et
primo vniuersale. Secũdũ patz. qz postq̃ intellectus abstraxit spẽs intel-
ligibiles nõ potest actu ſm eas intelligere nisi se conuertẽdo ad fantasma-
ta in q̃bꝫ inuenit species intelligibiles. ergo indirecte cognoscit singularia
quoꝝ sunt fantasmata. et ſm hoc format hanc propositiõem sortes est ho-
mo. ꝛ sic de consimilibꝫ. Est tamen aduertendũ q singulare non impedit
intelligibilitatem inquantũ singulare est. sed inq̃tum est materiale. ideo si
sit aliqđ singulare sine materia intellectus potest hoc intelligere nisi aliud
impediat. scz si nõ possit p̃sentari nostro intellectui.

Dubitat. vtrũ intellectus noster possit infinita cognosce
re. Arguitur q sic. quia si vnum corpus non impediret aliud ad esse in
vno loco nihil prohiberet infinita corpora esse in eodem loco. sed vna speci
es intelligibilis non impedit aliã simul secũ esse in intellectu. ğ intellectus
potest infinita cognoscere

Respondet q in intellectu nostro non recipit infinitũ in actu. sed in potẽtia scʒ cognoscendo vnũ post aliud. Primũ pʒ. qꝛ intellectus noster nõ potest simul cognoscere nisi illa que per vnam spẽm cognoscũtur. sed infinitũ in actu nõ habet vnã spẽm. aliter haberet rõnem totius ꝛ pfecti. ideo in diffinitione eius dꝛ. cuius q̃titatem accipientibꝫ semp est aliquid extra accipere. ergo intellectus nõ pt infinitũ in actu cognoscere Item habitualis cognitio in nobis causatur ex actuali. sed nos non possumus habere actualem cognitõem de infinito. ergo nec habitualem. Item sicut se habet intellectꝰ noster ad quidditatem rei materialis. ita se habet ex cõsequenti ad ea que in tali quidditate inueniũtur. sed in substantijs materialibꝫ reperitur infinitũ in potentia. ergo intellectus potest cognoscere infinitũ in potentia. nõ tamen distincte q̃tum ad suũ formale. sed ꝯfuse q̃tum ad suum materiale. Et ad obiectionem dicitur. q q̃uis spẽs nõ ꝓhibeant simul se existere in intellectu. tñ quia successiue ingrediũtur. eo q multa actu simul nõ intelligũtur. Ideo opoꝛʒ q species intelligibiles que sunt in intellectu nostro sunt finite

Dubitatur secũdo. vtrũ intellectus noster sit cognitiuus ꝯtingentiũ. Rñdetur q ꝯtingentia possunt dupl̃r ꝯsiderari. Uno mõ inq̃tum ꝯtingentia. Alio mõ inq̃tum in eis aliquid nc̃citatis inuenit̃. quia nihil est adeo ꝯtingens q̃n habeat aliquid nc̃citatis. vt hec ꝓpositio sortes currit est ꝯtingens. et tñ est necc̃aria habitudo cursus ad motũ. vñ ꝯtingẽtia vt ꝯtingentia sunt directe cognoscũtur a sensu ꝛ indirecte ab intellectu fm q includũt aliquã nc̃citatẽ. et codẽ mõ est de cognitõe futuroꝝ sicut de cognitione ꝯtingentiñ. futura eñ fm q cadũt sub tpe sunt singularia. ideo ab intellectu nõ cognoscũtur nisi reflexe. sed rõnes futuroꝛum possunt esse vl̃es. ideo vllo modo futura sunt intelligibilia ¶ Aduertendũ q futura dupl̃r cognosci pñt. Uno mõ in seipsis. et sic nõ cognoscũtur futura ꝯtingentia nisi a pma cã cui etiã ꝑsentia sunt. qꝛ simul intuet̃ ꝑsentia ꝑterita et futura. Alio mõ in suis causis. et sic cognoscũtur eo mõ quo sunt in ipsis ita q si ex ipis de nc̃citate eueniant possunt a nobis cognosci per certitudinem. et si ab eis ꝯtingẽter eueniant solũ cognoscũt̃ ꝑ quãdã ꝯiecturatõem

Dubitat̃ tercio. vtrũ intellectus noster cognoscat suũ habitũ ꝛ suã essentiã. Rñdetur q ꝑ actus et obiectũ cognoscimus habitũ et potentiã. Et qꝛ quidditas rei materialis est obiectum nostri intellectus. ideo secũdario cognoscitur actus ꝑ obiectũ. ꝛ mediãte actu cognoscit̃ habitus a quo procedit

Ad rõnes ante oppositum Ad primã patet solutio ex dictis. Ad secũdã dꝛ q particularis ꝓpositio est quasi cõclusio syllogismi practici. vt dicit̃ septimo ethicoꝝ. sed ex ꝓpõne vl̃i nõ potest directe ꝯcludi singularis ꝯcl̃o nisi mediãte aliqua singulari subsumpta. ideo rõ vl̃is intellectus practici non mouet ad operandum nisi mediante particulari apprehensione partis sensitiue ꝛ sensus est directe cognitiuus particularium Ad terciam patʒ solutio ex dictis. Ad quartã dꝛ q quicq̃d pfectionis potest virtus inferioꝛ potest ꝛ virtus superioꝛ. sed eminentioꝛi modo

ideo quod cognoscit sensus materialiter ꝛ vt existens singulariter cognoscit intellectus imaterialiter ꝛ abstracte ꝛ vniuersaliter.

Uoniam autem anima ꝑm duas diffinita est potentias. que animalium est ꝛ discretio quod intelligentie opus est ꝛ sensus. ꝛ adhuc in mouendo ꝑm locum motuz de sensu quidem ꝛ intellectu determinata sint tanta. De mouente autem quid forte anime speculandum est. vtrum vna q̄dam pars ipsius sit separabilis aut magnitudine aut rōe aut omnis anima. Et si pars aliqua. vtrum propria quedam sit preter consuetas dici et pictas. aut vna harū aliqua sit. Habet autem dubitatōnem mox. quomodo oportet partes anime dicere ꝛ quot. modo em̄ quodam infinite videntur. ꝛ nō solum quas dicunt quidam determinantes rōcinatiuā ꝛ irascibilem ꝛ appetitiuam. hij autem rōnem habentem et irrōnabilem. Scd̄m em̄ differentias ꝑ quas has separant ꝛ alie videntur partes maiorem his differentiam habentes. de q̄bus et nunc dictum est. Uegetatiua autē que cum plantis inest et omnibus viuentibus ꝛ sensitiua. quā neqꝫ sicut irrōnabilem. neqꝫ sicut rōnem habentē ponet quis vtiqꝫ facile. Adhuc autem ꝛ fantastica que per esse quidem ab omnibꝫ altera est. Cui autē harum eadem vel altera sunt multam habet dubitatōnem. si aliquis ponat separatas partes anime. Adhuc autē ꝛ appetitiua. que ꝛ ratione ꝛ potentia altera videtur vtiqꝫ esse ab omnibꝫ ꝛ inconueniens vtequꝫ hanc seq̄strare. Irrationatiua em̄ voluntas fit et in irrationabili concupiscentiā ꝛ ira. Si autē tria in anima. in vnoquoqꝫ erit appetitus. Et etiam de quo nunc sermo instat. quid forte mouens ꝑm locum animal est. Secundū quidem igitur augmētum ꝛ decrementum motum qui omnibus inest. videbitur vtiqꝫ mouere generatiuum ꝛ vegetatiuū. De respiratōne autem ꝛ expiratōne ꝛ somno ꝛ vigilia posterius perspiciendūz. Habent em̄ dubitatōnem multam. Sed de motu ꝑm locū quid sit mouens animal ꝑm processum motum considerandum. Quod quidem non vegetatiua potentia manifestum semper em̄ propter aliquid mot⁹ hic. ꝛ aut cum fantasia aut appetitu est. Nihil em̄ non appetens aut fugiens mouetur.

sed aut violētia. Amplius ꝛ plāte vtiqꝫ moti essent. ꝛ vtiqꝫ haberēt aliquā ptē organicā ad motū hūc. Silr āt neqꝫ sensitiuū. mlta em̄ sūt aīaliū. q̄ sensū q̄dē hn̄t. manētia aūt ꝛ imobilia sūt per finē. Si igit̄ natura facit frustra nihil. neqꝫ deficit in necāriis nisi in orbatis ꝛ impfectis. hmōi aūt aīaliū pfecta ꝛ nō orbata sūt. Signū aūt est. qꝛ generatiua sūt. ꝛ augmentū hn̄t ꝛ decrementū. quare ꝛ haberēt vtiqꝫ ptes organicas pcessionis. Atuero neqꝫ rationatiua ꝛ vocatus intellectus est mouens. Speculatiuus quidē igit̄ nihil speculat̄ actiue. neqꝫ dicit de fugibili ꝛ psequibili. Semp aūt mot9 aut fugientis aut psequentis aliq̄d est. sed neqꝫ cū speculat9 fuerit aliq̄d hmōi. iam precipit aut prosequi aut fugere. puta cū multotiens intelligit terribile aliq̄d aut delectabile. nō iubet aūt timere. sed cor mouet̄. Si aūt delectabile altera aliq̄ ps Amplius et pcipiēte intellectu ꝛ dominātē intelligētia fugere aliq̄d aut prosequi nō mouet̄. sed fm cōcupiscentiā agit. vt incōtinens ꝛ totaliter videmus qm̄ habens medicatiuā nō sanat̄ tanqꝫ alterius pprium sit agere fm scientiam: sed non scientie. Atuero neqꝫ appetitus hmōi motus dictus est. abstinentes em̄ appetentes ꝛ cōcupiscentes non operātur. quorum appetitum habent. sed consequuntur intellectum.

Queritur vtrum appetitiuū sit principium motus pgressiui animalis. Arguit̄ q̄ non quia si sic sequeretur q̄ animal semper moueretur fm appetitū ꝯsequens est falsum. quia continens non semper mouet̄ ad id quod appetit ꝛ desiderat sed insequitur rationem. ergo appetit9 nō est principium motus progressiui. Secundo potentia progressiua ē pncipium motus progressiui. sed appetitus est principium inclinatōnis in appetibile. ergo appetitus non est principium illius motus.

In oppositum est phūs in littera Pro responsione sciendum q̄ postq̄ phus determinauit de partibus anime. scꝫ vegetatiua.

De anima.

sensitiua ⁊ intellectiua. Hic consequenter determinat de parte appetitiua
inq̃rum est principium motus localis. Antiqui enim diffinierunt animã
per hoc quod est habere cognitõnem ⁊ facere motum localem. ⁊ quia dic/
tum est de sensu ⁊ intellectu determinandum est de principio motiuo ẜm
locum inquirendo vtrum sit tota anima vel pars eius ⁊ si pars vtrũ sit se
parabilis ẜm rem ⁊ subiecto vel ratione tm̃ vel vtrum sit alia pars anime
ab his que dicte sunt prius

Sciendum ꝙ aliqui antiqui diuiserunt animam per rõ/
cinatiuam irascibilem ⁊ concupiscibilem. Alij vero diuiserunt per rõnalẽ
et irrationalẽ. Sed iste diuisiones a pħo improbantur. Primo quia mul/
te sunt alie partes anime plus differentes q̃ȝ predicte que sub predictis nõ
continẽtur vt vegetatiua que est in omnibus plantis ⁊ sensitiua in omni/
bus animalibus ⁊ non continentur sub p̃dictis. quia sensitiua neqȝ vege
tatiua potest dici rõnalis irascibilis vel concupiscibilis similiter non conti
nentur sub secũda. q² neqȝ vegetatiuũ neqȝ sensitiuum est ratõnem habẽs
et nulla earum debet dici irratõnalis siue capiatꝛ irrõnale quod est contra
rium rationi siue priuatiue quod non habet rationem sed natum est habe/
re. Si autem caperetur irratõnale negatiue vt dicit negatõnem ratõnis
tunc non esset genus potentiaꝝ anime. Item fantasia distinguitur ab alijs
potentijs ⁊ non continetur sub aliquo membro predictarum diuisionum
vt manifestum est. Item voluntas est vna potentia anime cum sit ap/
petitus intellectiuus ⁊ n[illegible] comprehenditur sub predictis membris silr
augmentatiua ⁊ nutriti[illegible] ⁊ multe alie sunt que ibi non comprehendũtur
ergo diuisiones sunt insufficientes.

Sciendum ꝙ appetitus qui est in rõne dictus voluntas
est tm̃ vnus ⁊ tamen appetitus sensitiuus diuiditur in duas potentias. scȝ
in irascibilem ⁊ concupiscibilem. Et ratõ est quia sicut in naturalibus ap
petitus sequitur formam naturalem. Ita in animalibus appetitus sequitꝛ
formã apprehensam ⁊ cum talis sit apprehensa per sensum vel intellectum
solum erit duplex appetitus in genere scȝ sensitiuus et intellectiuus. ⁊ quia
intellectus apprehendit vniuersaliter. sensus vero particulariter ⁊ ea que
in vniuersali sunt vnum in particulari sunt multa. Ideo appetitus intelle
ctiuus qui fertur in bonum vniuersalꝛ apprehensum per intellectum ⁊ su/
um obiectum est tm̃ vnus qui dicitur voluntas. sed quia appetitus sensi/
tiuus fertur in bonum apprehensum per sensum quod est bonum acceptũ
ẜm rõnem particularem. Ideo talis appetitus est duplex scȝ irascibilis et
concupiscibilis qui sic differunt quia concupiscibilis ordinatur ad bonuȝ
delectabile ⁊ fugit tristabile. sed irascibilis tendit in bonũ magis arduum
Ideo dicitur potentia quasi propugnatrix pro concupiscibili. Ideo anima
lia non irascũtur neqȝ pugnant nisi ꝓpter delectabilia. Ideo omnes passio/
nes irascibilis incipiũt a passionibus ꝯcupiscibilis ⁊ in ipsis terminantur
Ira enim mouetur a tristicia ⁊ finitur in delectationem. q² irati punientes
gaudentꝛ ex q̃bꝫ patet ꝙ nõ differũt irrascibilis ⁊ ꝯcupiscibilis ꝑ hoc ꝙ ira
scibilis ordinetꝛ ad fugam mali ⁊ cõcupiscibilis ad prosecutionem bonꝛ

Nām eadem est potentia contrarioꝝ. Ideo dicit quarto thopicoꝝ q̄ spes
est de de bono ⁊ timor de malo ⁊ pertinent ad irascibilem.

Conclusio prima potentia vegetatiua non est principiū
motus ꝓgressiui. Patet. quia motus progressiuus semper est propter ali-
quid ymaginatum aut desideratum nisi fiat ꝑ violentiam sed ymagina-
tio ⁊ fantasia nō insunt parti vegetatiue. Secūdo si sic sequeret̄ q̄ omne
habens potentiā vegetatiuā haberet motū ꝓgressiuū sed hoc est falsum.

Conclusio secunda Sensus non est principiū motus pro
gressiui. Patet. qꝛ sensus inest oībus aīalibus. g̊ si esset principiū talis mo
tus omne animal haberet motum ꝓgressiuū qd̄ falsum est. Nec valet di-
cere q̄ aīalia que non mouent̄ habent principiū motus sed deficiunt or-
gana ad mouendum quia vt dicit phs Natura nihil facit frustra nec defi
cit in necessarijs in aliqua tota specie. g̊ si illa aīalia haberent principiū mo
tus progressiui ⁊ non haberent organa ad illū motū illud principiū in tota
specie esset frustra.

Conclusio tercia Intellectus speculatiuus non est princi
pium motus progressiui. Patet. quia vel considerat ea que sunt speculabi
lia vel ea que sunt operabilia delectabilia vel tristabilia. Si primū tunc ni
hil considerat de ꝓsequendo vel fugiendo ⁊ cum omnis motus progressi
uus sit ꝓsequentis vel fugientis seq̄tur q̄ intellectus speculatiuus non est
principium motus progressiui. Si vero consideret delectabilia vel trista
bilia cum non consideret ea per compatōem a… opus sed in vniuersali nō
ꝑcipit ea fugere vel ꝓsequi sed omnis motus progressiuus est prosequen-
tis vel fugientis. g̊ intellectus speculatiuus non est principiū illius mot⁹
vnde differunt ex ꝑte finis speculatiu⁹ intellect⁹ ⁊ practicus. Nā specula
tiuus speculatur veritatem ꝓpter se tm̄. Practicus vero ꝓpter opatōnes

Conclusio quarta tm̄ sunt duo principia motiua in ani-
malibus scꝫ intellectus practicus ⁊ appetitus compͥhendendo fantasiam
sub intellectu. Patet. q̄a omne principiū motus progressiui causat motū
vel monstrando appetibile vel fantasiando vel impetū in ip̄m inclinando
Si 3m sic est appetitus. Si primū hoc est dupliciter vel discernit motum
per rectam rōnem eliciendo melius ⁊ dimittendo peius ⁊ sic est intellect⁹
aut ꝑ estimatōnem naturalem ⁊ sic est fantasia que sub intellectu compͥ-
hendit̄ quia mouet in absentia sensibiliū sicut intellectus.

Conclusio quinta licet sint plura principia motiua subie
cto tamen est vnū tm̄ ꝓm formā ⁊ speciem. Primū patet ex dictis. Scd̄m
ꝓbatur. quia appetitus non mouet nisi ꝓ quanto habet formā appetibilis
que se habet tanq̄ꝫ finis ⁊ idem appetibile est principium intellectus prac-
tici in suo discursu. Nam sicut se habet principium in speculabilibus. ita
finis in agibilibus. Intellectus em̄ practicus principaliter intendit vlti-
mū finem a quo incipit rōcinari ⁊ terminat suū discursum in principium
operis vnde vltimū in operatōe est primū in rōne. vt patet de medico q̄
intendit sanitatem vt finem. Scd̄o intendit herbas quibꝫ potest induci

fanitas. Tercio intendit locū vbi herbe reperiūtur. ꝛ sic ꝯsequēter. Ex di
ctis pꝫ ꝙ ad motū tria requirūtur. scꝫ mouēs. id qđ mouetur. et organū quo
mouetur. Mouens est duplex quoddā est imobile. ꝛ illud est appetibile in-
tellectū vel imaginatū. Aliud est qđ mouet ꝛ mouetur. vt appetitus mouetur
ab appetibili ꝛ mouet aīal. sed aīal est id qđ mouetur. Sed organuꝫ pncipij
motiui est determinata pars corpis de qua hic non determinatur. vbi agitur
de operatōib9 aīe inqꝫtum se tenent ex parte aīe ꝛ non inqꝫtum sunt ꝯmu-
nes corpi ꝛ aīe. sed illo modo agitur de ipsis in paruis naturalib9. Dicit tn̄
phs in p̄senti textu ꝙ organū pncipij motiui in animalib9 debet habere pn
cipiuꝫ ꝛ finē motus. qꝛ motus aīalium est ꝯpositus ex pulsu ꝛ tractu qꝫtū
ad pulsum est pncipiū. ꝛ qꝫtum ad tractū est finis. ꝛ tale organū est cor vel
aliquid ꝓportionabile cordi.

Ad rōnes ante oppositum Ad primā dr̄ ꝙ in continente
sunt ꝯtrarij habitus. qꝛ rō ꝯtrariatur cōcupiscentie. et hoc in homine qui
nedum cognoscit p̄sens. sed etiam futurū. Ideo intellectus qn̄qꝫ iubet re-
trahere ab aliquo ꝯcupiscibili ꝓpter ꝯsideratōem futuri. vt cū febricitans
ex iudicio intellectus abstinet a vino ne febris inualescat. sed ꝯcupiscētia
incitat ad ꝓsequendū delectabile p̄sens quod sibi videtur bonū. qꝛ non cōsi
derat futurū. ꝛ tūc aīal mouetur s̄m appetitū sensitiuū. ideo bruta carētia rō
ne p solum appetitū mouentur. sed in solo hoīe appetitus regulatur ratōne. ꝛ sic
ꝯtinens mouetur ad appetitū futuroꝝ qui dr̄ volūtas Ad secūdam dr̄ ꝙ
intellectus est pncipiū motus ꝓgressiui. scꝫ dirigens monstrando appeti-
bile bonū p cognitōem. ꝛ appetitus est pncipiū inferens p inclinatiōem. et
potentia motiua exequens per operationem. Ideo diuersimode principi-
ant ab appetitu

¶ Uidentur autem duo hec mouentia aut appetitus
aut intellectus. si aliquis fantasiam posuerit sicut intellectum
quēdam. Multa em̄ p̄ter scientiam sequūtur fantasias et in
alijs animalib9 non intellectiua neqꝫ rō est. ſꝫ fantasia vtraqꝫ
hec ergo motiua s̄m locum intellectus et appetitus. Intel-
lectus autem qui propter aliquid ratiocinatur. ꝛ qui practi-
cus est. differt autem a speculatiuo s̄m finem. ꝛ appetitus p
pter aliquid omnis est. Cuius em̄ appetitus hoc principium
practici. intellectus vltimum autem principiū actionis. qua
re rationabiliter hec duo videntur mouentia appetitus ꝛ in
telligentia practica. Appetibile em̄ mouet. ꝛ propter hoc in

telligentia mouet. quia principium hec est quod appetibile et fantasia autem cum moueat non mouet sine appetitu vnū eñ mouens quod appetimus. Si eñ duo intellectus ꝛ appetitus mouebant ꝟm ꝯmunem vtiqꝫ aliquam speciem mouebant. nūc autem intellectus non videtur mouens sine appetitu. voluntas eñ appetitus est. cum autē ꝟm rationē mouetur. et ꝟm voluntatem mouetur. appetitus mouet ꝑter rationem. concupiscentia eñ appetitus quidam est. Intellectus quidam igitur omnis rectus est. appetitus autem et fantasia recta ꝛ non recta. vnde semper quidem mouet appetibile. Sed hoc est bonum aut apparens bonum. non omne autem sed actuale bonum. Actuale autem est contingēs et aliter se habere. Quod quidem igitur huiusmodi potentia mouet anime que vocatur appetitus manifestum est.

Diuidentibꝫ autē anime partes si ꝟm potentias diuidant et separant. valde multe fiunt. vegetabile sensitiuū intellectiuum consiliatiuū. adhuc appetitiuum. hec eñ plus differūt ab inuicem q̄ꝫ concupiscibile ꝛ irascibile Quoniā autē appetitus fiunt contrarij ab inuicem. hoc autem accidit cū ratio ꝛ cōcupiscentia contrarie fuerint. fit autē in ipsis sensum habentibꝫ. Intellectus quidem igitur ꝓpter futurum retrahere iubet. concupiscentia autem ꝓpter ipm iam. Videtur eñ q̄ iam delectabile ꝛ simpliciter delectabile ꝛ bonū simpliciter. ꝓpterea q̄ non videtur quod futurum Specie quidem igitur vnum erit mouens appetibile aut appetitiuum primum autē omniū appetibile. hoc eñ mouet cum non mouetur. eo q̄ sit intellectiuum aut imaginatiuū. numero autē plura mouentia. Quoniam autē tria sunt vnum quidem mouēs. secūdum autem quo mouet. ꝛ tercium quod mouetur. Mouens aūt duplex. aliud quidē immobile. aliud qd mouetur. Est autem immobile actuale bonum. mouens autem et quod mouetur appetitiuū. Mouetur eñ quod appetitur ꝟm q̄ appetit ꝛ appetitus. actus autem motus quidā est. quod autē mouetur animal est. quo vero mouet organo appetitus iam hoc corporeum. vnde in cōmunibꝫ anime et corporis operibus considerandum est de ipsis. Nunc au

tem vt in ſumma dicatur mouens organice vbi pͥncipium et finis illud omni glingiſmus hoc eſt gibboſum ꝛ concauū hoc quidem finis. illud vero pͥncipium. Unde aliud quidē quieſcit. aliud vero mouetur ratione quidem altera entia magnitudine vero inſeparabilia. Omnia em̄ pulſu ꝛ tractu mouentur ꝑter quod oportet ſicut in circulo manere aliquid. et hic incipere motum Omnino quidē igitur ſicut predictū eſt inquantum appetitiuū animal. ſic ipſius motiuū eſt. appetitiuū autē non ſine fantaſia. fantaſia aūt om̄is rationalis aut ſenſibilis eſt. hac quidem igitur ꝛ alia animalia participant Conſiderandū aūt ꝛ de impꝼectis quid mouens eſt quibꝫ tactus ſolum ineſt ſenſus. vtrū ↄtingat fantaſiam ineē his aut nō. aut ꝛ ↄcupiſcentia: Uidetur em̄ letitia ꝛ triſticia ineſſe. ſi aūt hec ꝛ ↄcupiſcentiā neceſſe. fantaſia aūt qūo vtiqꝫ inerit. aut ſicut mouent̄ indetermiāte. ꝛ hec inſunt q̇dē. indeterminate āt inſunt. Sēſibilis q̇dē igit̄ fantaſia ſicut dcm̄ eſt. ꝛ in aliȷs aīalibꝫ ineſt. deliberatiua aūt in ratiōalibꝫ ineſt vtꝝ em̄ aget hoc aut [illegible] iā rōnis op⁹ eſt et nccē vno menſurare. mai⁹ em̄ imitat̄ q̄rePt vnū ex pluribꝫ fantaſmatibꝫ facere. et cā hec eius ꝙ opinionē non putari habere. qm̄ eam que ex ſyllogiſmo non habet. hec autē illam ꝑpter quid deliberatiuū non habet appetitus. Uincit aūt ꝛ mouet aliquādo deliberatōem. aliquando aūt mouet ſeipſum. ſicut ſpera apetitus appetitum. cum incontinentia fuerit. natura aūt ſemper que ſurſuꝫ principalioꝛ eſt ꝛ mouet. vt tribꝫ latiōibꝫ iam moueatur. Scientificum autem non mouet: ſed manet quoniam autem hec quidem vniuerſalis exiſtimatio et ratio. alia vero particularis: hec quidem em̄ dicit ꝙ oportet talem tale agere. hec autem ꝙ hoc quidem tale ergo talis. iam hec mouet opinio. non que vniuerſalis aut vtraqꝫ. ſed hec quidem quieſcens magis. hec autem non. Vegetabilē quidem igit̄ animam neceſſe habere om̄e quodcūqꝫ viuit. ꝛ habet aīam a generatōe vſqꝫ ad corruptōem. neceſſe eſt em̄ quod generatur augmentū habere et ſtatum ꝛ decrementū. hoc autē ſine alimento eſſe impoſſibile: Neceſſe igit̄ ineſſe vegetabilē potentiam in om̄ibꝫ generatis corruptibilibꝫ.

Liber tercius.

Sensum aũt non necesse in omnib⁹ viuentib⁹ neq₃ enim quorum simplex corpus contingit habere tactum neq₃ sine hoc possibile esse nullum animal. neq₃ quecũq₃ non susceptiua specierum sine materia

Querit̃. vtrũ fantasia sit ṗncipiũ motus in aĩalib⁹ imꝑfectis que nõ mouent̃ ꝓgressiue sed tm̃ motu dilatatõis ⁊ ↄ̃strictiõis. Arguit̃ ṗmo ꝙ nõ. q̃ꝛ si sic seq̃ret̃ ꝙ fantasia esset in plurib⁹ partib⁹ corporis illoꝝ aĩaliũ. cum partes decise viuant vt ꝑtes vermis post separatõem mouent̃. ↄ̃sequens est falsum. q̃ꝛ fantasia sibi determinat certã ꝑtem corporis g̊ ⁊c̃. Scd̃o sic. in aĩalib⁹ imꝑfectis carentib⁹ motu progressiuo soluȝ reperitur sensus tactus. g̊ nõ habent fantasiam. ⁊ ꝑ ↄ̃sequẽs fantasia in ipsis non est principium motus. In oppositũ est ph̃us in littera

Pro r̃nsione sciendum primo. ꝙ postq̃ ph̃s tractauit de ṗncipio motiuo in ↄ̃muni. ↄ̃sequẽter tractat de ipso in spẽali ꝑ ↄ̃patiõem ad diuersa aĩalia. ẜm eñ ꝙ in diuersis aĩalib⁹ variat̃ virtus cognitiua apprehensiua delectabilis aut tristabilis ẜm hoc variat̃ ṗncipiũ motiuũ.

Sciendũ secũdo ꝙ duplex est fantasia. scȝ determinata ⁊ indeterminata Determinata est q̃ determinate apprehendit hoc vel illud in hoc tp̃e vel in illo. et hec repit̃ in aĩalib⁹ ꝑfectis q̃ naturaliter hñt oẽs sensus. ⁊ hec hȝ organũ determinatũ in cerebro. vt supra patuit. Indeterminata est q̃ nihil apprehendit nisi in p̃sentia sensibilis. nec imaginat̃ aliq̃d distans. sed aĩalia quib⁹ inest talis fantasia solũ imaginant̃ vel vt nociuũ ⁊ tũc retrahũtur. vel vt cõueniens. ⁊ tũc dilatant̃ ⁊ se diffundũt suꝑ illud. ⁊ sic in eis est fantasia indeterminata inq̃tuȝ scȝ ymaginant̃ vel apprehẽdũt aliq̃d ↄ̃ueniens. Nõ aũt determinate hoc vel illud hic vel ibi. sed solam hñt cõfusam imaginatõem. q̃ꝛ nõ intendũt in suo motu aliquẽ locũ determinatũ sed aĩalia ꝑfecta q̃ habent fantasiã determinatã mouẽtur ad aliq̃d distans et determinate ad aliq̃d bonũ

Sciendũ tercio. ꝙ aliquid est suipsius motiuũ inq̃tum est appetitiuũ. nam appetitus est cã motus. sed appetitiuũ nõ est sine fantasia q̃ est r̃onalis vel sensibilis Fantasia r̃onalis solũ ab hoĩe participat̃. sensibilis vero ab aliis aĩalib⁹. Vñ sicut ph̃us supra ↄ̃prehendit fantasiã sub intellectu. ita nũc sub fantasia ↄ̃prehendit intellectũ Cuius r̃o est. q̃ꝛ fantasia est q̃dam apparitio. modo ẜm apprehensionẽ sensus et ẜm apprehensionẽ intellectus aliquid apparet. Vel etiã in hoc ↄ̃ueniũt fantasia ⁊ intellectus. q̃ꝛ vtrũq₃ p̃t aliq̃d cognoscere sine p̃ñtia cognoscibilis.

Prima ↄ̃clusio. fantasia indeterminata est ṗncipiũ mot⁹ in aĩalib⁹ imꝑfectis eo mõ quo mouẽtur ꝑ dilatatõem ⁊ ↄ̃strictiõem Probat̃. q̃ꝛ oĩ tali inest leticia aut tristicia. q̃ꝛ oĩ aĩali inest sensus. sed sensus dum apprehendit obiectũ ↄ̃ueniens delectat̃ ⁊ cũ apprehendit discõueni-

ens tristatur. sed cui inest delectatio et tristicia huic inest appetitus. sed appetitus non inest alicui nisi sibi conveniat apparitio appetibilis. et talis apparitio dicitur fantasia. Cum ergo appetitus sit principium motus in animalibus. sequitur quod fantasia que est principium appetitus est principium motus in animalibus imperfectis

Conclusio. Ratio deliberativa est principium motus in homine. Patet quia propositis duobus bonis homo illa duo comparat per rationem deliberativam quasi in equilibro ut scit dividere unum ex pluribus et comparare unum alteri eligendo solum quod convenit hominibus et non brutis. ergo ratio deliberativa est principium motus in hominibus Advertendum tamen quod in homine duplex est ratio. quedam est speculativa que appellatur scientifica. et illa non est principium motus. quia nihil dicit de imitabili et fugibili. Alia est ratio practica. que duplex est. quedam est universalis dicens quid sit operandum in universali. ut quod oportet filium honorare patrem. Alia est particularis dicens quid sit operandum in particulari. ut quod oportet filium hunc patrem hunc honorare. et in hoc tempore vel in illo. Unde ratio practica universalis non est principium motus. sed ratio practica particularis. vel ut dicit textus si utraque sit principium motus universalis est causa prima particularis vero est causa proxima et applicata motui et particulari. Nam omnes operationes et motus fiunt in particularibus et ad hoc quod ex universali sit motus oportet quod ad particularia applicetur. sicut oportet in eodem opinionem universalem applicari ad particularia ad hoc quod sequatur actio. et propter hoc accidit peccatum in actionibus quia universalis opinio corrumpitur ab aliquo particulari delectabili aut ab aliqua passione ¶ Ubi notandum est quod quando appetitus inferior qui est sine deliberatione rationis vincit deliberationem rationis et removet hominem ab illo quod deliberavit. ibi est defectus et ordo non naturalis sed quando fit econtra. scilicet quando appetitus superior et ratio movent inferiorem appetitum est naturalis ordo ut est in continente. Continens enim per deliberationem rationis vincit passiones appetitus inferioris et movet appetitum inferiorem sicut in celestibus orbis superior movet inferiores. Et si appetitus inferior aliquid de motu proprio retineat sicut facit orbis inferior. tamen naturali ordine movetur motu appetitus superioris et rationis deliberantis. si vero econtra contingat hoc est preter naturalem ordinem. et inde fit peccatum in motoribus. sicut modo sunt peccata in naturalibus

Ad rationes ante oppositum Ad primam dicitur. quod fantasia determinata que realiter distinguitur ab aliis potentiis sensitivis habet organum proprium. sed fantasia indeterminata que non realiter distinguitur a sensu non habet organum in determinata parte corporis. et illa est principium motus in animalibus imperfectis Ad secundam patet solutio ex dictis.

Animal autem necesse sensum habere si nihil frustra facit natura. propter aliquid enim omnia que sunt natura subsistunt. aut concidentia sunt eorum que sunt propter aliquid. Si igitur omne

pcessiuū corpus non habet sensum corrumpitur vtiqꝫ et ad finem non vtiqꝫ veniat qui est nature opus. quomodo enim aletur manentibꝫ quidem eni͞m existit ꝙ vnde nata sunt. Non potest autē corpus habere quidā animā ⁊ intellectū discretiuū. sensum aūt nō habere nō mansiuū existēs generabile autem Atuero neqꝫ ingenerabile. quare eni͞m nō habebit. aut eni͞m aīe melius aut corpori. nūc aūt neutrū est. hoc quidē nō magis intelligat. hoc aūt nihil erit magis ꝓpter illud. nullū ergo habet animā corpus non manens sine sensu. Atuero si habet sensum necesse est corpus esse aut simplex aut mixtum Impossibile aūt est esse simplex. tactū eni͞m nō haberet. est aūt necesse hūc habere. hoc autē ex his manifestū. Om̄ eni͞m animal corpus animatū est corpus autē nō omne tangibile. tāgibile autē quod sensibile tactu. necesse ⁊ aīalis corpus tactiuū esse si debet saluari animal. alij eni͞m sensus per altera sentiunt: vt olfactus visus auditꝰs. tactiuum aūt nisi habeat sensum nō hec poterit quidem fugere. illa autē accipere. si vero hec īpossibile est saluari aīal. Propter quod ⁊ gustus est sicut tactus quidam. alimentum autem corpus tangi possibile. Sonus autem ⁊ color et odor non alunt neqꝫ faciunt augmentum neqꝫ decrementum: quare et gustum necesse est tactum esse quendam. quia tangibilis et vegetatiui sensus est. hi quidem igitur necessarij sunt animali. quo et manifestum ꝙ non possibile sine tactu animal esse. Alij autē propter bonum ⁊ generi animalium iam non cuicunqꝫ. sed quibusdam vt processiuo necesse inesse. Si eni͞m debet saluari non solum oportet tactum sentire. sed de longe. Hoc autem erit si ꝑ medium sensitiuū fuerit. eo ꝙ illud quidem a sensibili patiatur ⁊ moueatur. ipsum autem ab illo. Sicut enim mouens ꝭm locum vsqꝫ alicubi permutare facit. et depellens alterum facit vt pellatur. et est per medium motus. et primum quidē mouens depellit et non depellitur. vltimum autem solum depellitur non pellens. medium autem vtraqꝫ. multa autem media sic in alteratione. preter quod vnum manens in eodem loco alterat vt si in ceram tinxerit aliquis vsqꝫ ad id mota est vsquequo tinxit. lapis aūt nihil. sed aq̄. vsqueq̄ ꝓcul. aer au

De anima.

tē ad plurimū mouet. ꝛ facit. ꝛ patit si maneat. et vnꝰ sit Vñ
et de repcussione est melius ꝙ̄ visum egredientem repercuti
aerem pati a figura ꝛ colore vsquequoqꝫ quidē sit vnus. In
leui aūt est vnus. ppter qḋ iterū hic visum mouebit. sicut vti
ꝗ si in cera sigillū ingrederet vsqꝫ ad finem

Uod aūt impossibile sit simplex ꝛ aīalis corpus manifestum est. dico aūt puta igneū aut aereū. Sine quidē enim tactu neqꝫ vnū contingit aīaliū sensum habere. corpus eñ tactiuū aīatum omne sicut dictū est. alia aūt preter terrā sensitiua quidem vtiqꝫ fient oīa aūt. eo ꝙ per alterū sentire faciunt sensum et per mediū. tactus aūt est in tangendo ipsa. ppter qḋ ꝛ habet hoc nomē. et tñ alij sensus tactu sentiunt. sꝫ per altera. hic aūt videt solus p seipm. quare hmōi elementorum nullū vtiqꝫ erit corpus aīalis. Neqꝫ itaqꝫ terrenum. omniū eñ tangibiliū tactus est. sicut medietas et susceptiuꝰ sensus. nō solū quecunqꝫ differentie terre sunt. sed calidi ꝛ frigidi ꝛ alioꝶ oīm tangi possibiliū. et ppter hoc ossibꝫ ꝛ capillis ꝛ hmōi partibꝫ non sentimus. qꝛ terree ꝛ plante. et ob hoc neqꝫ vnū habent sensum. qꝛ terree sunt sine autem tactu. neqꝫ vnū possibile est aliū. hic aūt sensus nō est neqꝫ terre. neqꝫ alius elementoꝶ nullius. Manifestū igitur qm̄ necesse hoc solo priuata sensu aīalia mori. neqꝫ eñ hunc possibile est haberi non aīal existens. neqꝫ cum sunt aīalia aīaliū necesse est habere preter hūc. Et ppter hoc quidem alia sensibilia excellētijs non corrumpunt aīal. vt color ꝛ odor et sonus. sed solū sensus nisi ꝺm accñs. puta si simul cum sono depulsio fiat ꝛ ictus. et a visis ꝛ odore alia mouent que tactu corrumpunt. et humor autem ꝺm ꝙ accidit simul tactiuū esse sic corrumpit. Tangibilium aūt excellentia. aut calidorum et frigidoꝶ et durorum corrumpit animal. Omnis quidem enim sensibilis superfluitas corrūpit sensum. Quare et quod tangi pōt tactum. hoc autem tactu determīatum est viuere. Sine eñ tactu monstratum est ꝙ impossibile est animal esse. vnde tangibilium excellentia non solum corrumpunt sensum sed animal. quia necesse solum habere hunc. Alios autē sensus habet animal. sicut dictum est nō ppter esse sed ppter bene vt vi

sum. quia in aere et in aqua vt videat. Omnino aũt quantuꝫ in dyphano gustũ aũt habet ꝓpter delectabile et triste vt sentiat ꝙ in alimento et concupiscat et moueatur. auditũ aũt vt significetur aliquid ipsi. Linguam autem habet quatenꝰ significet aliquid alteri.

Querit̃ vtrum necesse sit omne viuens habere sensum Arguit̃ ꝙ sic. quia omne viuens ad sui conseruatõnem indiget alimento cõuenienti. ergo necesse est oẽ viuens habere virtutem qua discernit̃ ꝯueniẽs a disconuenienti. sed talis virtus est ipse sensus. ergo ꝛc. Secundo ad sensum requiritur ⁊ sufficit media ꝓportio qualitatum tangibilium: sꝫ omne viuens consistit in quadam media ꝓportõne qualitatum tangibilium cum omne viuens sit mixtũ. ergo necesse est omne viuens habere sensum.

In oppositum est phũs in littera. Pro ꝺ̃ꝺisione sciendum primo ꝙ postq̃ phs determinauit de singulis partibus anime. Conseq̃nter oñdit ordinem ipaꝝ ostendendo que sit prior ⁊ vniuersalior inter ipas.

Conclusio prima. Necesse ē omne viuens corporale habere animã vegetatiuam a principio vsqꝫ ad finem. Patet. quia omne viuens generabile aut corruptibile q̃diu viuit habet augmentum statum et decrementum. sed hoc non potest fieri sine nutrimento quia tempore augmenti plus conuertitur de alimento in substantiam aliti q̃ fuerat de humido radicali deperditum ⁊ tempore status equaliter conuertitur in decremento minus sed vti nutrimento solum est anime vegetatiue. ergo necesse est omne viuens a principio vsqꝫ ad finem habere animã vegetatiuã vnde patet ordo anime vegetatiue ad alias.

Conclusio secũda Non oportet omne viuens habere sensum. Patet. quia non est necesse omne viuens habere tactum sine quo nullus est sensus. igit̃ ꝛc. Añs patet. quia sensus tactus est susceptiuus specierum sine materia. sed multa sunt viuẽtia vt plante que ꝓpter sui terrestreitatem nõ recipiũt species sensibilium nisi materialiter. g̊ non habent sensũ tactus. ⁊ ita ē de corporibꝫ simplicibꝫ ⁊ de mixtis inaĩatis quia tactus est media ꝓportio tangibilium vbi non p̃dominatur terra. ergo non omne viuens habet sensum tactus.

Conclusio tercia Necesse est omne animal habere sensuꝫ Patet. qꝛ om̃e aĩal indiget alimento sine quo non potest conseruari. sꝫ nõ potest conseruari per alimentum nisi habeat sensum ad discernendũ conueniens a disconuenienti. ergo nisi habeat sensum natura non consequeretur suum finem. sed faceret aliquid frustra quod falsum est. Nam natura nihil facit frustra. quia omnia que sunt ĩ natura sunt ꝓpter aliquem finem vel veniunt ex necessitate ab his que sunt ꝓpter finem vt membra sũt ꝓpter aliquas operatõnes vel ex necessitate naturaꝝ ipaꝝ sequunt̃ aliqua

accidentia vt pilositas vel color ꝛ silia. Nec valet dicere qꝺ aliqꝺ animal
per intellectū sine sensu possit distinguere nutrimentū. quia vel tale corpꝰ
esset generabile vel ingenerabile. Nō primū. qꝛ corpus generabile habēs
intellectū est homo. sed intellectus humanus nō potest intelligere sine sen
su. igitur homo nō pōt habere intellectū sine sensu Neqꝫ ingenerabile qꝛ si ha
beret intellectū sine sensu hoc esset ꝑpter bonū corpis vel aīe. sed nullū pōt
dici. quia sine sensu aīa non intelligeret etiam tale corpus in esse conserua-
bitur cū sit incorruptibile.

Conclusio quarta Necesse est omne animal habere tac-
tum. patet. qꝛ corpus aīalis consistit quadam media ꝓportōne ī qualitatū
primaꝝ. sed illa ꝓportio potest īmutari intentōnaliter a qualitatibꝫ tangi-
bilibus ꝛ etiam materialiter ꝛ potest ab eis corrumpi. Ideo oportet aīal
habere tactum quo discernat conuenientia a corruptiuis aliter non posset
inesse conseruari. ergo indiget tactu. vnde excellentia tangibiliū potest anīal
corrumpere quod non accidit de sensibilibꝫ alioꝝ sensuū licet excellentie eo
rum possent corrumpere suū organū.

Conclusio quinta visus auditus olfactus et gustus vt
discretiuus sapoꝝ non sunt necessarij aīali sed insunt eis ꝑpter bene esse nō
oībus sed illis solū q̄ mouentur motu ꝓgressiuo. Patet qꝛ excellētie suoꝝ sen
sibiliū licet corrūpant organa illoꝝ sensuū. Non tn̄ corrūpūt aīal nisi ꝑ acci
dens. ergo non sunt necessarij cuilibet aīali corrūpunt tn̄ aīal ꝑ accn̄s vt si cū
sono fiat magna percussio aeris vt accidit cum tonitruo Interdū etiā visi
bilia inꝯtum venenosa corrumpunt aīal. Sed ꝙ illi sensus requirūtur
aīali quo ad bene esse. ꝓbatur qꝛ sine ipis non potest recipe alimentū a lon
ge ideo indiget visu vt ꝑ aerem ꝛ aquā videat que remota sunt. ꝛ indiget
gustu vt ꝑcipiat delectatōnem vel tristiciam in cibo ꝛ olfactu vt ꝑcipiat o
dorē alimenti. ꝛ auditu vt aliquid ei significetur. cōceptus eīn nostros audi-
tu significamus ꝛ ideo necessaria est lingua que est instrumentū vocis per
quā vnus alteri suos conceptus notificat.

Dubitatur primo quid intelligitur per corpus ingenera-
bile habens aiam. Ad dubiū rn̄detur ꝙ phus intelligit quedā aīalia īmorta
lia que Plato ponebat videlicet calodemones que apulibꝫ quidā platoni
cus sic diffiniebat. ꝙ sunt aīalia corpore aerea mente rōnalia nō passiua et
tempore eterna sed tamē ꝭm veritatem ista non sunt ponenda.

Dubitatur secundo vtrum gustus sit necessarius oī aīali
Ad dubiū rn̄detur ꝙ sic vt est quidam tactus quia gustus est sensus ali-
menti quo discernitur alimentum conueniens a disconuenienti sed alimentū
est corpus tangibile nutrit eīn aliq̄d qꝛ calidū frigidū hūidū vel siccū vnd̄
ex eisdē sumꝰ ꝛ nutrimur.

Dubitatur vtrū corpꝰ aīalis possit esse corpus simplex Ad
dubiū rn̄detur ꝙ nō qꝛ oportꝫ oē aīal hr̄e tactū. sꝫ illud ꝑ qꝺ fit tactꝰ mediat
inter q̄litates tāgibiles q̄dā media ꝓportōe cōplexionis defectu cuiꝰ ossa
capilli vngues ꝛ plāte carēt sensu tactꝰ. qꝛ in ipis supabūdat terra ꝛ nō est
sufficiens medietas ꝯplexionis ex q̄bꝫ oībꝫ seq̄tur ꝙ remoto tactu remouet
aīal. ꝛ posito tactu ponitur aīal ꝛ ecōtra. ꝛ sic inter se ꝯuertūtur.

Liber tercius

Ad rõnes ante oppositũ Ad primã negatiõnẽ qꝛ cũ plan te nascãtur in terra hñt alimẽtũ sibi ꝯiũctũ. Jõ no indiget sensu ad discernendũ ꝯueniẽs a discõueniẽti. qꝛ a terra cui coniũgũtur hñt q̃litates similes q̃litatibꝫ ipaꝝ nec pñt ita faciliter corrũpi ab excellentijs q̃litatũ sic alia Ad secũdã pꝫ solutio ex dictis. Et sic est finis hui⁹ tercij de aĩa

Sequitur recapitulatio hui⁹ tercij libri de aĩa In quo determiatũ ẽ de potẽtia intellectiua. motiua ꝛ appetitiua. ꝛ ꝯtinet tres tractatus. In p̃mo determiaꝛ de pte intellectiua. In secũdo de pte motiua ꝛ appetitiua. Et in tercio determiaꝛ de ordine ptiũ aĩe adinuicẽ oñdendo q̃ sit prior. Secũd⁹ tractat⁹ incipit ibi. Quoniã aũt aĩa ẽm duas distincta est potẽtias. Et tercius ibi Vegetabilẽ q̃dẽ aĩam. In p̃mo tractatu sũt septẽ capitula. In p̃mo determiaꝛ de natura itellect⁹ possibilis. In secũdo oñdit q̃liter itellect⁹ possibilis reducit in actũ ꝛ qd ẽ obiectũ eius ibi Cũ aũt vnũq̃dq̧ sciat. In tercio mouet ꝛ soluit p̃hus duas dubitatõnes ibi Dubitabit aũt aliq̃s. In q̃rto aũt determiat de intellectu agẽte ꝛ ponit ꝯditiones ei⁹ ꝛ ꝯditõnes intellectus in actu [illegible] totius ptis intellectiue. ibi Qm̃ aũt sũt in oĩ natura. In q̃nto opaꝛ de opatõibꝫ intellect⁹ ibi Iudiciũ q̃dẽ igiꝛ intelligẽtia. In sexto determiaꝛ de itellectu p ꝯpatõnem ad sensũ. ibi videꝛ aũt sensibile ex po[illegible]pus exñte. In septimo p ea q̃ determiata sũt oñdit q̃d sit de natura aĩe [illegible]sibilis ibi Nũc aũt de aĩa recapitulantes Secñd⁹ tractat⁹ ꝯtinet tria capitula. [illegible] p̃mo p̃hs ꝓcedit disputatiue ad inq̃rendũ q̃d sit p̃ncipiũ mo[illegible]calis i aĩalibꝫ. In scd̃o ẽm veritatẽ determiat de p̃ncipio motiuo i aĩali ꝛ ẽm se. ibi V[illegible]deꝛ aũt duo hec mouentia. In tercio de ipo p̃ncipio motiuo p ꝯpatõnẽ ad diuersa genera aĩaliũ. ibi Oĩno igiꝛ vt dictũ est. Tercius tractat⁹ ꝯtinet tria capitula. In p̃mo oñdit p̃hs q᷑ necc̃e est vegetabilẽ ptẽ aĩe inesse oĩbꝫ viuẽtibꝫ. In secũdo oñdit q᷑ ps sensitiua nõ ẽ in oĩbꝫ sed solũ in aĩalibꝫ ꝛ oñdit q᷑ sens⁹ tactus est necc̃arius oĩ aĩali. ibi Sensum aũt nõ necc̃e est. In tercio oñdit q᷑ impossibile ẽ corpus aĩalis esse simplex puta igneũ vel aereũ vt platonici posuerũt ibi Qꝫ aũt ipossibile sit. Et i hoc finiꝛ recapitulatõ h⁹ tercij de aĩa

Expliciunt questiones venerabilis magistri Johannis versoris acutissimi phylosophi in libros de anima summo studio atq̧ diligentia denuo correcte atq̧ emẽdate et impresse per Henricũ quentel Anno dñi. M. cccc. nonagesimo sexto Nonis septembribus.

[illegible] ut obl[illegible]

[illegible] super certum natis

p(ro)curat [illegible] ipse nobilis [illegible] dei [illegible]

[illegible] unanimi [illegible] summa aut [illegible]

[illegible] ut in [illegible] super [illegible] vel

[illegible] tunc [illegible] maior aut

[illegible] et facturo [illegible] [illegible] vel non [illegible]

[illegible] conventione [illegible] audiende [illegible]

[illegible] sub [illegible] et [illegible]

[illegible] esse et fore [illegible]

[illegible] personali aut reali obligare [illegible]

[illegible] bello [illegible] regalibus aut [illegible]

Persor

1696